Masters
Named in the Logical Texts
After ca. 1120

Iwakuma Yukio

Ratio edendi

In textu

Spellings are classicized.

/ The end of a line of each page;
|| The end of a page/column of each ms;
If there are more than two mss for one text, I distinguish mss by different colours

*** illegible letters
--- words I fail to solve or cannot read
<> addidi
[] expunxi
`` interlenear additions
++ marginal additions
underline readings I'm not sure
~~strike through~~ readings which I do not understand well
bold the *lemmata* in the case the text concerned is a commentary
bold(!) indicates a different readings of the text commented from the standard readings
green readings which I read otherwise than the standard edition if any

In apparatu

1) spellings are those in mss, if only one manuscript is known for the text; otherwise classicized.
2) Abbreviated parts are parenthesized, e.g. t(antu)m.
3) Abbreviations are solved in a standard way, even when the scribe uses one abbreviation for another word, e.g. t()m for 'tamen' is always reported in the *apparatus* as 'tamen] t(antu)m', sub()a for 'subiecta' as 'subiecta] sub(stanti)a', etc.

+ the scribe adds
+ [] the scribe writes and deletes/expunged
i.m. in margine
s.l. super lineam
i.t. in textu

1.1) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 65rb, p. 192

¶ Titulus: **Incipit Liber Aristotilis sophisticon elencon**.

M. A. / quaerit quare Aristoteles hunc librum tantum suo nomine intitulavit. [] Quam / quaestionem hoc modo solvit. Ideo Aristoteles hunc librum suo nomine intitu/lavit, quia in hoc opere **[193]** se ipsum et alios superavit; in aliis vero / operibus alios superavit; in hoc vero[1] opere subtilius solito dixit. / [] Vel aliter. Ideo Aristoteles hunc librum suo nomine intitulavit, ut demon/straret in hoc opere tantum sua praecepta contineri, cum in aliis / operibus non solum sua sed etiam aliorum praecepta posuit. Quod / etiam demonstrat ipse, cum dicit[2]: "Artium hoc quidem[3] erat, illud autem non; / huius `autem´ artis nichil inerat".

1.2) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 65va, p. 194

¶ Dicit[4] m(agister) I(acobus) quod 'sophistici elenchi' 'qui videntur esse elenchi' 'paralogismi' / isti sermones, idem significant. [] Magister Ál(bericus) facit distinctionem inter 'sophisticus / elenchus' et 'qui videtur <esse>[5] elenchus' et 'paralogismus[6]'. Ille est sophisticus elenchus, qui habet fallaciam in positis; / et [est[7] elencus] qui videtur elencus, est ille qui habet fallaciam in contradictio/ne et potest esse syllogismus; paralogismus est ille qui habet fallaciam in conclusione. /

1.3) SE5, Berlin lat. fol. 624 ff. 55vb-66ra, p. 197-198

¶ **Elenchus est syllogismus**(165a24, 3.18). Definito genere, scilicet syllogismo, definit Aristoteles speciem, / scilicet elenchum, hoc modo: **elenchus est syllogismus cum contradictione conclusionis** id est elenchus / est syllogismus colligens contradictionem conclusionis.

Sed elenchus quandoque defi/nitur secundum materiam[8] tantum,

---

1 u(ero)] uere *a.c. B*
2 SE-34 183b34-35 59.14-15
3 quidem *correxit De Rijk*, ide(m) *B*
4 Dicit *lexit De Rijk*, Sicit(!) *B*
5 <esse> *tacite addidit De Rijk*
6 paralogismus *lexit De Rijk*, po. *B*
7 e(st) ele(n)cus *B*, *expunxi*, [est] elencus *lexit De Rijk*
8 materiam *lexit De Rijk*, nat(ur)am *B*

quandoque secundum formam tantum, quandoque secundum utrumque. / Materia elenchi est probabilia argumenta; forma eius `est´ cum interrogati/one et responsione probare aliquid. Definitur ab[9] Aristotele secundum materiam / tantum hoc modo: <elenchus[10] est> dialecticus syllogismus [est][11] qui est syllogizatus ex probabilibus. / Secundum formam definitur hoc modo: elenchus est syllogismus cum contradictione / conclusionis. Secundum **[198]** utrumque definitur hoc modo: <elenchus[12] est> dialecticus[13] <syllogismus> [est][14] collec/tivus[15] contradictionis ex probabilibus.

Videtur quod haec definitio conve/niat demonstrativo syllogismo, quia, si quis concedat falsam propositionem et / postea alius probet contradictoriam ex praemissis, ille syllogismus erit [erit][16] demons/trativus et elenchus, quia est syllogismus cum contradictione conclusionis. / **[]** Solutio. Possumus dicere quod idem syllogismus est dialecticus et demonstrativus. / **[]** Vel dicatur quod elenchus colligit contradictoriam concessae propositionis / secundum quod est elenchus, sed demonstrativus non colligit contradictoriam / secundum quod demonstrativus. **[]** Vel dicamus quod **elenchus est syllogismus cum contra[66ra]dictione conclusionis** id est elenchus est syllogismus colligens quamlibet par/tem contradictionis, affirmationem vel negationem, quia dialecticus debet esse / paratus ad quamlibet partem probandam.

Sed m(agister) I(acobus) aliter dicit. **Elenchus / est syllogismus cum contradictione conclusionis** id est elenchus est syllogismus colligens utram/que partem, affirmationem[17] et negationem[18]. Et hoc videtur dicere Aristoteles[19]: “quare aut / unus aut duo syllogismi est elenchus”. **[]** Sed secundum hoc pauci essent elen/chi, quia non semper dialecticus probat utramque partem.

1.4) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 66rb, p. 200,

---

9 ab] ab[o] *B*

10 <elenchus est> *addidi*

11 ÷ *B et De Rijk*, *expunxi*

12 <elenchus est> *addidi*

13 dialecticus <syllogismus> *correxi*, dialetica *B et De Rijk*

14 ÷ *B et De Rijk*, *expunxi*

15 collectivus *correxi*, collectiva + [p(ro)p(ositi)o(n)is] *B*

16 e(r)it *repetiit B*, *expunxi*, cum *lexit De Rijk*

17 affirmationem *correxi*, affa()m *B*, affirmativam *lexit De Rijk*

18 negatione(m) *V*, negativam *correxit De Rijk*

19 SE-9 170b2-3 21.22-23

cf. 16.2) below

¶ **Doctrinales**(165b1, 7/8). Ma(agister) / I(acobus) sic exponit istam definitionem. **Doctrinales syllogizant** id est argumen/tantur **ex propriis principiis** id est ex principiis proximis. Principiorum / enim alia sunt proxima, alia longinqua[20]. Proxima autem principia sunt / immediata principia, inter quae et illa, quorum sunt principia, nihil est, / ut inter animal rationale et hominem nihil est medium. **[]** Sed secundum hoc iam pau/cae essent demonstrationes. Et ideo m(agister) Al(bericus) sic exponit istam definitionem: / **Doctrinales syllogizant ex propriis principiis** id est ex principiis / quae sunt propria in aliqua arte, ut in grammatica est hoc principium proprium 'nul/la syllaba tres vocales habet'; in arithmetica[21] vero est hoc principi/um **[201]** proprium 'si de aequalibus aequalia demas, quae remanent aequalia / sunt'.

1.5) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 66va, p. 202

¶ **Dialecticae sunt(!) collecti/vae contradictionum ex probabilibus**(165b3, 7.10). Haec definitio sic exponitur / a m(agistro) Al(berico). **Collective contradictionum** id est aptae ad colligen/dum unam partem, affirmationem vel negationem. Cui aliquis con/tradixit, et notavit Aristoteles materiam huius disputati/onis cum dixit **ex probabilibus**; formam vero cum dixit / **contradictionum**.

M(agister) I(acobus) sic exponit. **Dialecticae sunt(!) collec/tivae contradictionum** id est sunt collectivae utriusque partis, / affirmationis scilicet et negationis. **[]** Sed secundum hoc iam paucae essent / dialecticae disputationes.

1.6) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 66va, pp. 202-203

Temptativae syllogizant(!)(165vb, 7.12). Haec / definitio sic exponitur a m(agistro) Al(berico). **Temptativae syllogizant(!)** id est / argumentantur **ex his quae videntur respondenti** id est ex his quae / videntur probabilia in aliqua arte. Probabilia alia sunt / particularia, alia communia. Particularia sunt illa / quae tantum sunt probabilia in una[22] arte, ut quaedam probabilia / tantum sunt in grammatica et quaedam sunt

---

20 longinqua *lexit De Rijk*, logi(n)qua *B*

21 arithmetica *scripsi*, arimetica *B et De Rijk*

22 una] hac *a.c. B*

probabilia tantum in / dialectica, et sic de ceteris artibus; ex quibus probabili/bus syllogizat temptativa. Sed dialectica ex communibus / syllogizat. **Et necessarium est ei qui simulat se(!) habere**[23] **scientiam** / id est utile est temptatori[24] **scire** illam artem in qua vult / temptare. Et sic dicitur de opponente. **[]** Vel aliter. **Et necessari/um est ei qui simulat se(!) habere scientiam** id est utile est ei qui tempta/tur **scire** illam artem in qua temptatur. Et hoc dicitur de responden**[66vb]**ti.

Vel aliter secundum m(agistrum) I(acobum). **Temptativae syllogizant(!) ex his quae videntur** / necessaria **respondenti** ei scilicet **qui simulat se(!) habere scientiam**. / Et ita secundum m(agistrum) I(acobum) non debet esse in littera hoc nomen **necessarium** / neque hoc verbum **est** neque **scire**. Et facit talem divisionem disputati/onum[25]: disputationum aliae sunt principales, ut demonstra/tiva et dialectica; aliae secundariae sive casuales, ut temptati/va et sophi(stica). Temptativa enim dicitur esse casus demonstrativae, quia / sicut demonstrativa syllogizat ex necessariis, ita temptativa / videtur syllogizare ex necessariis, sed non facit. Sophi(stica) autem / est casus dialecticae, quia sicut dialectica syllogizat ex proba/bilibus, sic sophistica videtur syllogizare ex probabilibus, non / tamen facit. **[]** Sed dicit m(agister) Al(bericus) quod haec est definitio temptativae disputa/tionis: **quae** syllogizat **ex his quae videntur respondenti**; quod vero sequitur / **et necessarium est ei qui simulat se(!) habere scientiam**, non est de defi/nitione, sed ponitur ad proprietatem huius disputationis distinguendam. /

1.7) SE5, Berlin lat. fol. 624 ff. 66vb-67ra, p. 204

¶ **Nugari est(!)**(165b16, 7.22). / Postquam Aristoteles enumeravit ea quae sophiste primo prospiciunt, agit / de unoquoque illorum. Et prius de facere nugari, quia de[26] ea pauciora e/rant dicenda. **Autem** id est sed[27] **hoc** id est facere nugari **est cogere [167ra] dicere idem** vane, **aut quod non sit** scilicet dicere idem, **sed quod videatur esse**. / Videmur dicere idem, cum dicimus 'tu uteris pronomine loco nominis, ergo tu / uteris pronomine pro nomine', non tamen dicimus idem.

Nam(7.24). Vere facere nuga/ri est, quando videmur dicere idem,

---

23 habere *lexit De Rijk*, h(abetu)r *B*
24 te(m)ptato(r)i *B*, temptationi *lexit De Rijk*
25 disputationum + [h] *B*
26 de ea *correxit De Rijk*, dea *B*
27 sed + [set] *B*

etsi non dicamus. **Nam** id est quia, redar/gutio est quando videmur redarguere, etsi non redarguamus. Et est / locus a simili.

Vel aliter dicit m(agister) I(acobus). Quia Aristoteles posuerat re/dargutionem, fal(sum) et alia, et non demonstraverat secundum quam significationem / accepisset re(dargutionem) et fal(sum), ideo, ne quis eum crederet accepisse redar/gutionem pro vera redargutione et falsum similiter, demonstrat / in quo sensu accepit, sic dicens: **autem**, id est sed, quod non sit redargutio / **sed quod videatur esse**, et quod non sit falsum **sed quod videatur esse**, et sic de / aliis. **Nam** id est quia **maxime volunt videri**[28] **redarguentes**. / Et est locus ab effectu, nugari **est <frequenter>**[29] **cogere dicere idem**.

Opponitur. Iste / cogitur ut dicat idem frequenter, ergo nugatur. **[]** Solutio Non sequitur; sequeretur / autem, si cogeretur dicere idem sine utilitate vel in eadeln parte propo/sitionis. **[205]**

1.8) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 67ra, pp. 205-206

¶ Modi autem arguendi(165b23, 8.5). / Agit Aristoteles de redargutione. Quam ideo non definit, quia positurus erat mul/tas species eius et de unaquaque sufficienter erat tractaturus; sed habi/ta notitia partium, habetur etlam notitia totius. **[]** Sed m(agister) Al(bericus) / redargutionem definit, hoc modo. Redargutio est sophistica / disputatio in qua infertur quod non sequitur, sequi tamen videtur, ser/vata constructione secundum artem grammaticam. 'In qua infertur quod non / sequitur', hoc dictum est ad differentiam falsi et inopinabilis, quia in falso et / inopinabili necessario sequitur quod **[206]** infertur. Et dicitur falsum sophi/stica disputatio non quantum ad conclusionem, sed quantum ad posita, / quia posita falsa sunt. 'Servata constructione secundum artem gramaticam', hoc / positum est ad differentiam soloecismi et facere nugari, ubi non servatur construc/tio.

1.9) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 67rb, p. 207

<¶ Secundum[30] **amphibolo/giam tales**(166a6, 9.1). Post tractatum aequivocationis agit Aristoteles de amphibo/logia, ponendo exempla sic dicens:> **Et putas / quod quis scit hoc** id est hanc rem **scit**,

---

28 uid(er)i] uid(er)e *a.c. B*

29 <frequenter> *addidi*

30 <Secundum - dicens:> *addidi*

`vel´ **hoc** id est illa res **scit?**. **Nam contingit / et scientem significari hac oratione**[31] id est contingit ut aliquid significetur / hac oratione 'ut sciens', id est ut agens, id est ut per nominativum significatur, / **et contingit quod scitur significari hac oratione** id est contingit ut aliquid signi/ficetur hac oratione 'ut illud quod scitur', id est ut patiens, id est ut per accusativum / significatur **ut scientem** id est ita significatur, secundum m(agistrum) Al(bericum), hac oratione 'quod / scitur', <et>[32] **ut scientem** id est ut quod scit. [] Vel **contingit hac oratione signifi/cari** id **quod scitur** <**ut**[33] **scientem** id est> sicut illud quod scit, `secundum´ m(agistrum) I(acobum). [¶ **Secundum**[34] **amphibolo/giam tales**(166a6, 9.1). Post tractatum aequivocationis agit Aristoteles de amphibo/logia, ponendo exempla sic dicens:]

1.10) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 67rb, p. 207

Et putas est(9.7) id est contingit / **tacentem dicere?** id est ut tacens simul dicat, vel <id>[35] quod aliquis dicat / taceat[36], ~~ut sunt vera et falsa~~. **Duplex enim tacentem dicere est, et hunc / dicentem tacere**, secundum m(agistrum) I(acobum), id est quod hoc dicens simul taceat **et** contin/git tacere ea **quae dicuntur** id est contingit quod ea taceant quae dicuntur, ut / lapides et ligna. [] +Vel `**h´unc dicentem tacere**, secundum m(agistrum) Al(bericum), id est quod hic dicens taceat **et quae dicuntur** in vulgari usu, ut 'hic tacens bene dicit' id est bene solitus est dicere et 'hic tacens bene loquitur' id est bene solitus est loqui.

1.11) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 67rb-va, pp. 207-208

¶ Dicit m(agister) I(acobus) quod aequivocatio et amphibologia **[67va]** sunt in primo modo, in secundo tantum est aequivocatio et non amphibo/logia, in tertio tantum amphibologia et non aequivocatio. /

¶ Dicit m(agister) Al(bericus) quod amphibologia et aequivocatio sunt in primo et in secundo et in ter/tio modo.

Et `est´ secundus modus amphibologiae quando oratio proprie significat unum / et alterum ex usu locutionis, ut 'quicquid amicus meus

---

31 oratione *correxit De Rijk*, ro(n)e(!) *B*

32 <et> *addidi*

33 <ut scientem id est> *addidi*

34 [Secundum - dicens] *V et De Rijk, expunxi*

35 <id> *addidi*

36 taceat *correxi*, tace(n)tia *B et De Rijk*

habet in ore, habet in / corde'. Haec enim oratio significat quod, quaecumque res sunt in ore amici, et lingua et den/tes, sint[37] etiam in corde eius; quod est falsum. Et significat quod, quicquid amicus loquitur, corde / cogitat; quod est verum.

Potest tamen dici secundum m(agistrum) I(acobum) quod amphibologia non sit in secundo / modo, sed aut in primo aut in tertio. Sed haec oratio 'quicquid amicus meus etc' / et similes, quae dimittunt **[208]** proprium sensum et habent[38] alium ex usu locutionis, con/tinentur sub figura dictionis. Quod videtur demonstrare Aristoteles, cum dicit[39]

omne, quod / quis ambulat, calcat,
ambulat autem quis totam diem,
ergo calcat totam diem; /

hunc paralogismum ponit sub figura dictionis. Similiter possumus dicere quod / iste paralogismus

quicquid amicus meus habet in ore[40], habet in corde,
sed / habet in ore dentes,
ergo in corde habet dentes

non sequitur, quia habere in ore[41] / datum est in hoc sensu, scilicet loqui; sed acceptum est habere in ore, scilicet habere in / tali loco; unde est sophisma secundum ubi agere.

Similiter dicatur quod aequivocatio non / est in tertio modo, sed aut in primo aut in secundo. Cum vero dicimus

hic homo est bonus, /
sed hic homo est hic miles,
ergo hic miles est bonus,

iste paralogismus est secundum / accidens. Et sic de similibus.

¶ Secundus modus aequivocationis <est>[42] quando dictio / significat unum proprie et alterum improprie, ut ridere proprie significat risum, improprie significat flo/rere[43].

¶ Tertius modus aequivocationis secundum m(agistrum) Al(bericum) est quando nomen unum / significat tantum et ex adiunctis mutat sensum, ut 'bonus'. / ¶ Tertius modus amphibologie <est>[44]

---

37 si(n)t *B*, sunt *lexit De Rijk*
38 h(abe)nt *B*, contrahunt *lexit De Rijk*
39 SE-22 178b31-32 45.23-24
40 ore *correxit De Rijk*, hore *B*
41 ore *correxit De Rijk*, hore *B*
42 <est> *addidit De Rijk*
43 florere *correxit De Rijk*, re/dere *B*
44 <est> *addidit De Rijk*

quando oratio significat plura ex ~~defe/ctu~~, ut ‘scit saeculum’. Et notandum est quod, quando nomen neutri generis iungitur / cum verbo transitivo, oratio ex his constituta est multiplex, ut ‘scamnum videt’.

1.12) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 67vb, pp. 209-210

¶ **Secundum compositionem**(166a23, 9.18). / Post amphibologiam consequenter Aristoteles tractat de compositione prius quam de / divisione. Et hoc facit naturali ordine, quia compositio praecedit ut / positio, divisio subsequitur ut destructio; et omnis positio rei / naturaliter praecedit destructionem.

Quid sit compositio, videndum est. / Compositio igitur est proprietas orationis secundum quam ea, quae divisim data sunt, coniunc/tim accipiuntur, ut

iste Veronensis valet hunc panem et hunc, /
ergo valet duos panes.

Non sequitur, quia datum est istum Veronensem / valere hunc et hunc panem divisim, sed `non´ coniunctim. Vel compositio est / proprietas orationis secundum quam oratio significat plura, quae divisim intellecta sunt / vera, coniunctim intellecta sunt falsa.

Et haec est differentia inter com/positionem et divisionem, quia quando divisio est vera et compositio falsa, tunc est / sophisma compositionis; quando compositio vera et divisio falsa, tunc est so/phisma divisionis.

Tres sunt species compositionis vel modi. Quandoque com/ponimus plura uni, ut ‘iste Veronensis valet hunc et hunc panem’; / quandoque unum pluribus, ut ‘Socrates et Plato habet unum caput’; quandoque plura inter **[67vb]** se, ut ‘possibile est album esse nigrum’ vel ‘hic et hic Veronensis valet / istum et istum panem’.

M(agister) vero I(acobus) dicit compositionem et divisionem tantum / esse in voce et non secundum intellectum. Est autem compositio secundum ipsum quando / aliquid componitur cum aliquo et postea accipitur divisim et seorsum, ut

omne / non-scribens potest scribere,
sed Socrates est non-scribens,
ergo potest scribere,
ergo Socrates scribit.

Non / sequitur, quia datum est Socratem scribere cum potentia, et postea divisum est a po/tentia, cum intulit ‘ergo Socrates scribit’. **[]** Vel compositio est quando una / vox componitur cum aliqua, et postea

separatur ab ea et coniungitur cum alia, / ut

verum est te nunc fuisse percussum,
ergo verum est te fuisse percussum nunc[45].

Non / sequitur, quia haec vox, scilicet ‘nunc’, prius fuit iuncta cum hoc **[210]** verbo ``est’´ et postea est separa/ta ab eo et est coniuncta cum hoc participio ‘percussum’. **[]** Sed nos di/cimus quod etiam in istis exemplis

Socrates `po´test scribere,
ergo scribit,

est sophisma / secundum quid et simpliciter; et cum dicimus

verum est nunc te fuisse percussum,
ergo / verum est te fuisse percussum nunc,

est sophisma amphibologiae.

Secundum / compositionem autem huiusmodi ut posse sedentem ambulare id est pos/sibile est quod sedens simul ambulet, vel possibile est quod sedens a/lio tempore ambulet.

‘**Si** quis **didicit** litteras, possibile est nunc **discere** / **litteras quas**[46] **scit**’ (9.25). Haec oratio significat aliquem didicisse litteras et eum nunc / posse illas litteras discere, quae coniunctim sunt falsa, quia aliquis non potest didi/cisse litteras et simul discere; sed divisim potest aliquis didicisse et di/scere, sicut si deus providit Socratem legere, possibile est Socratem <legere>[47]. **[]** Vel sic secundum m(agistrum) I(acobum). /

Si quis id est quicumque, **di`di´cit** litteras, potest **discere litteras**,

sed iste non scit / litteras,
ergo non potest discere litteras.

1.13) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 68vb, p. 217

Ut si dimidium quidem album, dimi/dium vero nigrum, utrum album vel nigrum(167a2, 12.9).

Quidam dicunt quod duo contraria / coniunctim praedicantur de eodem, ut <in>[48] ‘pica est alba et nigra’ album et nigrum praedicantur / de pica. **[]** M(agister) Al(bericus) dicit quod duo contraria non praedicantur de eodem simul, et cum dicimus / ‘pica est alba et nigra’, ibi

---

45 nunc *correxit De Rijk*, n(on) *B*
46 quas *B*, quos *lexit De Rijk*
47 <legere> *addidit De Rijk*
48 <in> *addidit De Rijk*

non praedicantur album et nigrum, sed sumptum ab / habitu[49] albedinis et nigredinis, id est bicoloratum.

1.14) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 68vb, pp. 218-219,

cf. 1.20) below

¶ Tractat Aristoteles <quartam>[50] spe/ciem paralogismorum: secundum repetitionem principii.

De repetitio/ne principii sunt diversae sententiae.

Dicit m(agister) Al(bericus) quod repeti/tio principii sophistica tunc est quando repetimus principium ad/dendo, transponendo, diminuendo, sic.

"'Amo" est verbum'
hoc verbum / 'amo' est nomen in hac constructione,
et sic de ceteris,
et cum hoc verbum / 'amo' sit nomen, et unumquodque aliud,
ergo omne verbum est nomen,

qui di/cuntur fieri per inductionem[51]. **[219]**

Dicit m(agister) I(acobus) quod repetitio principii / est quando aeque dubium per aeque dubium, aeque notum[52] per aeque notum[53] / probatur, vel quando quod est concessum, quasi non esset concessum, concluditur. /

Dicunt alii quod repetitio principii <est>[54] quando idem, quod ponitur, concluditur, / ut

si homo es, homo es
sed homo es,
ergo homo es.

1.15) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 69ra, p. 220

Similiter autem in syllogisticis(167b12, 13.14) id est in

---

49 habitu *correxi*, abitu *B et De Rijk*
50 <quartam> *addidit De Rijk*
51 inductionem *correxit De Rijk*, c(on)ductione(m) *B*
52 notu(m)] nom(en) *a.c. B*
53 notum] no[n()]tu(m) *B*
54 <est> *addidit De Rijk*

propositionibus ex quibus / fiunt syllogismi, **ut Melissi**[55] **ratio** id est argumentatio istius philosophi, / scilicet Melissi[56], **sumens** id est probans ille Melissius[57] **universum quidem** id est ylen / secundum m(agistrum) A(lbericum) vel caelum secundum m(agistrum) I(acobum) **ingenitum** id est sine principio existendi / vel sine compositione materiei et formae; **quoniam est infinitum**[58] id est sine prin/cipio existendi.

Vel sic. **Sumens universum infinitum, quoniam est** / **ingenitum**. **Nam nihil** potest **fieri ex nihilo** id est quicquid est factum, / principium habet. **Quod autem factum est, ex principio fieri** ex necessita/te dicunt. Et ponit idem Aristoteles, sed diversis verbis: ergo **si universum non est** / **factum, non habet principium**. Et sic Melissius[59] convertebat consequen/tiam, ut

si factum est, principium habet, et si habet principium, factum est, /
et universum non est factum,
ergo non habet principium.

1.16) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 70ra, pp. 226-227

Reduxit / Aristoteles paralogismos ad ignorantiam elenchi. Modo reducit eos ad[60] / impotentiam hominum, demonstrando quod paralogismi aequivocationis et amphi/bologiae habent fallaciam ex hoc quod non possumus dividere quod multipliciter / dicitur. Et paralogismi compositionis et divisionis habent fallaciam ex eo quod puta/mus nihil differre divisam et compositam orationem.

Non solum fallacia / fit in his paralogismis ex ignorantia elenchi, **autem**(169a22, 18.3) id est sed etiam ex <im>po/tentia[61] hominum, **cum non potest dividi quod multipliciter dicitur**. **Quaedam <enim>**[62] **non est** id est / non contingit[63] **dividere** sine difficultate.

---

55 Melissi *correxi*, melis i *B*, Mellissi *lexit De Rijk*
56 Melissi *correxi*, mellisi *B*, Mellisii *lexit De Rijk*
57 Melissius *correxi*, mellisius *B et De Rijk*
58 infinitum *correxit De Rijk*, infitu(m) *B*
59 Melissius *correxi*, mellisius *B et De Rijk*
60 ad + [ig(no)ra(n)] *B*
61 <im>potentia *correxit De Rijk*, po/tentia *B*
62 <enim> *addidi*
63 contingit] co(n)ti(n)[gi]git *B*

Dicunt quidam quod ‘ens’ et ‘unum’ <et[64] ‘idem’> / significant omnia, quia cum dicimus ‘Socrates est ens’, hoc participium ‘ens’ significat Socratem; si/militer cum dicimus ‘Plato est ens’, significat Platonem; et sic de similibus; et ideo non po/sumus dividere unum et ens et idem. **[227]** **[]** Sed m(agister) Al(bericus) dicit quod ‘ens’ est aequivocum, / non multiplicitate intellectus, sed carentia definitionis; ideo non possumus / dividere.

1.17) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 70ra-rb, pp. 227-228

¶ Reducit Aristoteles paralogismos secundum figuram dictio/nis ad impotentiam hominum, scilicet quod non possunt distinguere quae similiter / dicuntur secundum vocem et non secundum significationem. Fallacia **eorum**(169a22, 18.10) sophismatum **quae sunt secundum** / **figuram** dictionis fit **propter similitudines** id est ex hoc quod aliquae voces sunt / similes secundum terminationem et non in significatione.

Fallaciarum alia maior, / alia minor. Maior, ut illa quae est in locutione: minor est illa quae est extra / locutionem. Sed paralogismi secundum figuram dictionis ideo sunt in locutione quia ma/ior fallacia est in eis, ut dicit m(agister) I(acobus). Vere isti paralogismi sunt ponen/di in locutione, **quoniam primum magis fallacia**(169a37, 18.17) id est maior fallacia / **fit his** paralogismis **qui**[65] **considerantur cum aliis** id est ex proprietate alio/rum **quam qui per se** id est ex proprietate rerum. **Nam consideratio** fallaciarum, / **quae est ex(!) alio** id est ex proprietate a<t>erius[66], **est(!) per orationes** id est ex proprietate alicuius / existentis in orationibus; **quae** consideratio est **per se** id est ex proprietate rei, / **non minus per ipsam rem** id est ex proprietate ipsius rei. Primo[67] fallacia est / ex alio; **deinde** id est postea **est(!) accidere falli per se** id est ex proprietate rei.

Sed / dicit m(agister) Al(bericus) quod fallacia alia per se, alia ex alio. Per se quando aliqua / vox plura significat; ex alio alia ex coniunctione aliorum ut aequivocatio / in tertio modo, alia ex similitudine ut figura dictionis. Sed omnis fal/lacia, quae est ex similitudine, est maior **[228]** illa quae est per se; ergo, cum syllogismi **[70rb]** secundum figuram dictionis habeant fallaciam ex similitudine, et ipsi sunt / in locutione;

---

64 <et idem> *addidi*

65 qui *correxit De Rijk*, q(uia) *B*

66 a<l>terius *correxit De Rijk*, at(er)i(us) *B*

67 Primo *correxi*, p(ri)ma *B et De Rijk*

primum quoniam magis fallacia id est maior fallacia / **fit his quae considerantur cum aliis** id est ex coniunctione aliorum ut est tertius mo/dus aequivocationis, vel **cum aliis** id est ex similitudine aliorum, **quam** / fiat fallacia illis paralogismis **qui per se** id est qui habent fallaciam ex voci/bus significantibus plura. **Nam consideratio, quae est ex(!) alio** id est ex coniunctione ali/orum vel similitudine aliorum, **est(!) per orationes; quae <est>**[68] **per se, non minus per ipsam** / **rem** id est fit secundum veritatem.

1.18) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 72ra, p. 242

Dicit m(agister) Al(bericus). **Sit**[69] **respondendum dicentem**(176a23, 38.18) id est aliquis debet respon/dere **in his quae videntur** id est probabilia, quia etsi verum sit quod omne corpus mo/veatur et omnis locus sit plenus, tamen non est concedendum ante vulgares, ne ad / inopinabile deducamur. Et haec solutio est sophistica.

Dicit m(agister) I(acobus). Est **res/pondendum dicentem** id est aliquis debet respondere **'sit[70]!'** id est hoc verbum **in his** / **quae videntur** sibi probabilia, ut cum proponitur '"poeta" est nomen', debemus / respondere 'sit[71]!', quia ille, qui respondet hoc verbum 'sit[72]!', nec omnino videtur concedere / nec negare.

1.19) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 72rb-va, pp. 245-246

¶ **Quoniam autem**(176a29, 40.10). Quot/cumque sunt species fallaciarum, tot sunt species solutionum.

Sed fallaciarum alia / est in interrogatione, alia in contradictione, alia in positis, alia in conclusione. / **[]** In interrogatione alia est ex vitio interrogantis, alia ex vitio inter/rogationis. Ex vitio interroga<n>tis[73] quando nullum vitium est in oratione[74], / sed opponens male interrogat, ut utrum hic et[75] hic est homo. Ex **[72va]** vitio interrogationis, quando in

---

68 <est> *addidit De Rijk*
69 Sit *lexit De Rijk*, fit *B*
70 sit *lexit De Rijk*, fit *B*
71 sit *lexit De Rijk*, fit *B*
72 sit *lexit De Rijk*, fit *B*
73 interroga<n>tis *correxit De Rijk*, int(er)/rogatis *B*
74 oratione + [In] *B*
75 (et) *B*, vel *lexit De Rijk*

oratione est vitium: vel aequivocatio vel am/phibologia vel aliud vitium. **[]** In contradictione alia est ut[76] ad / idem, alia non secundum idem, alia non similiter. **[]** In positis, quando omnia posi/ta sunt falsa vel unum. **[]** In conclusione, quando conclusio non sequitur ex positis. /

Solutio interrogationis est correctio interrogantis vel interroga/tionis. Solutio contradictionis est demonstratio quod non sit ad idem vel / secundum idem. Sed istae solutiones sunt ante syllogismum. Solutio syllogismi est inter/emptio positorum vel demonstratio quod conclusio non sequatur ex posi/tis. Sed syllogismus falsus in positis / alius habet posita aperte fal/sa, alius habet posita probabilia et falsa. Sed, qui habet posita aperte / falsa, non est syllogismus simpliciter, sed ad aliquem. Qui habet falsa probabilia, / est syllogismus simpliciter, ut

omnis sermo est vox,
sed omne genus est sermo,
ergo omne genus est / vox.

Sed, quando syllogismus habet omnia posita falsa, interemptio cuiuslibet / positi non est recta solutio, sed interemptio illius propter quod accidit / falsum, ut 'omne sedens est scribens'. Si[77] interimatur haec propositio, scilicet 'omne se/dens est scribens' (quae[78] dicitur axioma[79], id est maior propositio), tunc erit rec/ta solutio; si vero[80] interimatur assumptio, erit solutio ad hominem et[81] non / ad orationem.

Dicit m(agister) P(etrus) quod syllogismus non dicitur falsus propter partes, si/cut versus non dicitur falsus propter sententiam sed propter pedes. **[246] []** Sed Aristoteles est ei / contrarius, cum dicit: **falsus syllogismus <fit>**[82] **dupliciter**(40.12) propter opposita aut propter conclusionem; <ergo>[83] / **accidit** syllogismum esse **falsum secundum quamlibet interrogationem** (vo/cat Aristoteles **interrogationem** propositionem, assumptionem, et conclusionem), et / **solutio quae nunc**[84] **dicta est** scilicet manifestatio syllogismi **erit** solutio **appa/rentis syllogismi** et solutio **secundum quam videtur** esse **correctio interrogationis(!)** / erit solutio apparentis syllogismi.

---

76 ut *lexit De Rijk*, n(on) *B*
77 Si *correxit De Rijk*, S(ed) *B*
78 quae] q(uae)[r](?) *B*
79 axioma *correxit De Rijk*, a()xioma *B*
80 vero *correxit De Rijk*, n(on) *B*
81 (et) *B*, *neglexit De Rijk*
82 <fit> dupliciter *correxi*, d(icitu)r *B et De Rijk*
83 <ergo> *addidi*
84 nunc *correxit De Rijk*, n(on) *B*

1.20) SE5, Berlin lat. fol. 624 f. 73ra-rb, pp. 251-252,
cf. 1.14 above

¶ **Illos autem qui fiunt(!)**(181a15,). / Demonstrat Aristoteles quomodo sint solvendi paralogismi secundum repetitionem / principii.

Sed repetitio principii, ut dicit m(agister) I(acobus), est quando aeque dubium / per aeque dubium vel aeque notum per aeque notum probatur, vel quando aliter repeti/tur principium quam datum sit. Sed quando aeque dubium per aeque dubium vel aeque no/tum per aeque notum probatur, hoc modo est solvendum. Non est concedendum illud per / quod potest probari quod negatum est, ut si quis negaret locum esse, non deberet / concedere 'sursum est' 'deorsum est', quamvis sit manifestum. Sed quando aliter / repetitur principium quam sit concessum, demonstrandum est quod non sic[85] est **[73rb]** concedendum.

Solvendum est **illos** paralogismos **qui fiunt(!) in eo quod** / sophiste **petunt et accipiunt quod est** quaesitum **in principio**, **si** id est quamvis / **sit [252] manifestum** aliis interrogationibus, id est propositionibus, tamen **non dandum** / id est non est concedendum **nec si** id est quamvis **sit probabile dicenti verum**.

* * * * * * * * *

2.1) P25, Berlin lat. fol. 624 f. 74vb

Planum autem(9.10). Postquam Porphyrius demonstravit quid esset species specialissi/ma, ponit seriem[86] praedicamenti, in quo demonstrat specialissimum / et generalissimum.

In unoquoque praedicamento sunt quaedam generalissima(9.10).

Opponitur. / In praedicamento substantiae est unum generalissimum tantum, ergo in unoquoque prae/dicamento non sunt quaedam generalissima. **[]** Solutio. **Quaedam generalissima sunt in** / **unoquoque** i.e. aliquod generalissimum, et ponitur pluralis numerus pro singulari, secundum / M(agistrum) P(etrum). **[]** Vel sic. **Generalissima sunt in uno praedicamento quoque**[87] i.e. etiam in alio; /

---

85 sic] sit *a.c. B*
86 parietem *B*
87 *infra hoc linea ducitur B*

ergo generalissima sunt in duo`bus´ praedicamentis, et hoc est verum. Et M(agister) Al(bericus) dicit hoc. / **[]** Vel **generalissima sunt in `u´noquoque praedicamento** coniunctim. **[]** Vel alibi fiat / versus: "**Planum autem erit quod dicitur hoc modo in unoquoque praedicamento**. **Sunt** / **quaedam generalissima** etc". **[]** Vel aliter dicit M(agister) A(lbericus) quod **in unoquoque praedicamento** / **sunt quaedam generalissima**. Sed generalissimum dicitur tribus modis. Dicitur enim generalissi/mum, id est id supra quod non est superveniens genus; et dicitur generalissimum, i.e. valde generale / causa contentorum est factum praedicamentum; ~~et dicitur generalissimum in praedica/mento~~.

2.2) P25, Berlin lat. fol. 624 ff. 74vb-75ra, cont. to 2.1) above, , cf. De Rijk 1966 p. 29

Substantia alia corporea, alia incorporea(9.19).

[1.0] Dicit m(agister) P(etrus) quod haec divisio non est suf/ficiens, quia quaedam substantia est quae neque est corporea neque incorporea, sed mixta, / ut 'homo'. [1.1] Quod hoc modo probat. Homo constat ex anima et corpore; ergo non est magis ratio quare / dicatur corpus quam anima; ergo cum homo non dicatur anima, et non debet dici / corpus. [1.2] Item. Si homo dicitur corpus, oritur inconveniens, quia dicit Boethius[88] "partes [89]/ simul iunctae suscipiunt nomen totius", ergo anima et corpus sunt homo; sed omnis / homo est corpus; ergo anima et corpus sunt corpus, ergo corpus et non corpus sunt corpus.

[2.0] Dicit m(agister) A(lbericus) / quod nulla substantia est quae non sit corporea vel incorporea. [2.1] Argumenta autem / m(agistri) P(etri) sic determinat. Non est magis <ratio> quare homo dicatur corpus quam anima. / Immo magis ratio est, quia totorum suscipientium nomina a partibus alia / suscipiunt nomina a digniori parte, ut 'categorica' suscipit nomen a prae/dicato; alia suscipiunt nomina a notiori parte, ut 'homo' suscipit nomen / ab hac parte, scilicet corpore, quae est notior, quia corpora magis sunt nota quam / animae.

[3.0] Vel dicamus quod homo non suscipit nomen a sua parte, sed a proprieta/te quam habet, scilicet longitudinem, spissitudinem, et latitudinem. [3.1] Et haec / argumentatio est inconveniens 'homo constat ex anima et corpore, ergo non / est magis ratio quare dicatur corpus quam anima'. Sed deberet dicere m(agistrum) P(etrum) 'ergo non / est magis

---

88 *ubi*

89 *aliquid scriptum in margine B.*

ratio quare dicatur hoc corpus quam haec anima'; et hoc est verum, quia homo neque / dicitur hoc corpus neque haec anima.

[4] Similiter falsa est haec argumentatio / 'anima et corpus sunt homo, ergo anima et corpus sunt corpus', quia cum dicimus 'anima et corpus sunt +homo[90]+', / id est constituunt hominem, 'ergo anima et corpus sunt corpus', id est existunt corpus; et non / sequitur, si anima et corpus constituunt hominem, quod anima et corpus existant / corpus.

[5.0] Sed quod homo sit corpus, probatur. Dicit Porphyrius[91] "corpus est genus animati corporis, / et animatum corpus est genus animalis, et animal est genus hominis", ergo omnis homo est animal et omne / animal est corpus, ergo homo est corpus.

[5.1] Dicit m(agister) P(etrus) quod homo dicitur tribus modis. Acci/pitur enim homo pro exteriori et pro anima et pro composito ex anima et corpore; / sed philosophi acceperunt hominem pro exteriori tantum.

[5.2] Sed quod homo ac/cipiatur a philosophis pro composito ex anima et corpore, probatur. Dicit / Aristoteles[92] "proprium est animalis constare ex anima et corpore", ergo omne animal constat ex anima **l75ral** et corpore, ergo homo. Dicit Aristoteles in alio loco[93] "homo dicitur sensibilis secundum exteriorem / partem", ergo `homo´ habet partem exteriorem et interiorem.

[5.3] Et his auctoritatibus `dicimus´ / quod homo est corpus, et in dialectica accipitur homo pro composito ex anima et / corpore. Dicit etiam Boethius[94] "cum dixi hominem constare ex anima et corpore, totum / in partes divisi", ergo homo accipitur in dialectica pro composito.

[5.4] Quod / exterior pars hominis non sit homo, probatur. Non est perceptibile disci/plinae neque utitur ratione, ergo non est homo.

[5.5] Similiter anima non est homo, quia / si anima esset homo, ergo quidam homo esset invisibilis et quidam homo non esset geni/tus ab aliquo. Item si anima est homo et exterior pars hominis est homo, / ergo quidam homines sunt in constitutione cuiusdam hominis.

2.3) P25, Berlin lat. fol. 624 f. 75ra-rb, cf. De Rijk 1966 pp. 29-30

¶ **Sophronissi filius** est indivi/duum, **si solus Socrates sit ei**

---

90 *i.m. add. B.*

91 *Isag.* p. 9.20-21.

92 *Topica* V-7, 137b13, 109.14-15

93 ubi

94 *Div.*, 877D1-2l

filius(13.22).

Ergo phoenix est individuum, cum tantum / unus phoenix sit. Dicit m(agister) P(etrus) quod nullum universale potest esse contentum u/no solo individuo; unde si hoc universale 'substantia' reduceretur ad unum tantum / individuum, tunc esset individuum. **[]** Dicit m(agister) A(lbericus) quod universale potest esse con**l75rb**tentum uno solo individuo.

Quod dicit Porphyrius hoc modo est intelligendum. / **Sophronissi filius est individuum** id est praedicabile de uno solo, / falsum est; sed **individuum** id est `in´divisibile, verum est, quia non dividitur / per subiecta. **[]** Vel dicamus quod **Sophronissi filius** haec oratio significat universale / ex inpo<s>itione, et ex usu locutionis significat individuum, ut hoc nomen / 'episcopus' prolatum in aliquo loco significat hunc episcopum, scil. Girardum. /

2.4) P25, Berlin lat. fol. 624 f. 75va, under the *lemma*: <**Sed quod**(19.7)>, but seemingly without tight relevance.

[1.0] Dicit m(agister) P(etrus) quod / statua aenea est aes, +mulus[95] aureus est aurum, et sic de similibus. **[1.1]** Quod aenea sit aes, hoc modo probat. **[]** Statua aenea est aes cum forma[96]+ [cum forma], ergo est aes. **[]** Item statua aenea est aes sic for/matum, ergo[97] aes[98] sic formatum est statua. **[]** Item aes sic formatum partici/pat statuatione, ergo est statua. **[1.2]** Solutio. **[]** Hoc aes participat statuati/one accidentaliter, unde non sequitur quod[99] sit statua; sicut hoc corpus par/ticipat humanitate, non tamen est homo; quia hoc nomen 'statua' demon/strat materiam et formam[100] in esse. **[]** Similiter dicimus quod statua est aes cum / forma, id est constat ex aere et forma.

[2.0] Quod statua non sit aes, hoc modo probatur: / **[2.1]** quia non est hoc aes ex quo constat, neque `aliud´ aes quod non sit hoc; sed quod non sit <hoc> aes / ex quo constat, est manifestum, quia nihil est ex quo constat. **[2.2]** Item sta/tua est posterius hoc aere, ergo non est hoc aes. **[2.3]** Item hoc `aes´ est prius hac statua, ergo hoc / aes non est `haec´ statua.

---

95 +mulus - forma+ *i.m. sinistr. add. B*
96 forma + [(er)g(o) e(st)] *i.m. sinistr. B*
97 ergo + [e(st)] *B*
98 aes] e(n)s *B*
99 quod + [no(n)] *B*
100 foʳma(m)] foʳmar(um) *a.c. B*

[2.4] Item

haec statua est hoc aes,
sed hoc aes est prius hac statua, /
ergo haec statua est prius hac statua.

[3.0] Sed ipsi dicunt quia, cum dicimus '<haec> statua est / hoc aes', per istud `pro´nomen, scilicet 'hoc', potest esse demonstratio ad illud aes quod est / pars statuae et ad illud aes quod est ipsa statua; sed si dicamus '<haec> sta/tua est hoc aes' demonstrando partem, falsum est; demonstrando totum, verum est. / **[3.1]** Sed opponitur. **[]** Hoc aes non est statua, demonstrando partem; et hoc aes est sta/tua, demonstrando totum; ergo hoc aes non est hoc aes. **[]** Item hoc aes demonstrando / partem et hoc aes demonstrando totum sunt duo individua, ergo a se remo/ventur, ergo hoc aes non est hoc aes. Quod a se removeantur, probatur, quia ex eis sequitur contra/dictio, quia si quid est hoc aes demonstrando partem, non est hoc aes demonstrando / totum, ergo hoc aes non est hoc aes.

[4.0] Sed ipsi hoc modo falsificant.

Hic sacerdos est hic homo, /
sed hic homo est prius hoc sacerdote,
ergo hic sacerdos est prius hoc sacerdote.

[4.1] Sed ista non est falsi/ficatio, quia sacerdos est quale tantum, sed statua est quid; et ille qui fecit hanc statu/am fecit quiddam quod prius non erat, sed qui fecit hunc sacerdotem nihil fecit quod prius non esset; / unde nulla est similitudo.

[5] Quod statua non sit aes quod non est hoc aes unde constat, / probatur, quia non est aes factum ab isto artifice nec aliud, ergo non est aes; item / iste artifex non fecit aliquod aes, sed fecit hanc statuam, ergo haec statua non est / aes. Et sic dicimus quod nulla statua est aes.

[6.0] Sed opponitur. Quicumque habet hanc sta/tuam, habet hoc aes; ergo <haec> statua est hoc aes. **[6.1]** Non sequitur, quia quicumque habet domum habet / parietem; non tamen domus est paries.

[7.0] Item. Hoc aes valet quatuor solidi[101], sed haec sta/tua valet quinque solidi; ergo quicumque habet hanc statuam, habet valentiam novem solidi. / **[7.1]** Non sequitur, quia in pretio totius est connumeratum pretium partis.

[8.0] Item. Haec statua est / in loco, ergo nullum corpus maius vel minus vel aequale potest esse in eodem loco simul / cum hac statua; ergo hoc aes est haec statua, cum simul sit in eodem loco cum hac / statua.

---

101 solidi] sol' *B, et dehinc similiter*

[8.1] Solutio. Nullum corpus separatum ab hac statua potest esse in eodem / loco cum hac statua, sed aequale corpus coniunctum huic statuae potest esse in / eodem loco cum hac statua. Et sic dicimus quod aliqua pars est aequalis suo toti / continua quantitate, et est inaequalis ei discreta quantitate. /

2.5) P25, Berlin lat. fol. 624 f. 76ra

Nigrum inseparabili/ter accidit corvo(20.9).

Opponitur. Nigrum non separatur a corvo et separatur ab hoc / homine, ergo idem accidens est separabile et inseparabile. **[]** Quidam concedunt quod idem acci/dens est separabile et inseparabile ad diversa. **[]** Sed M(agister) Al(bericus) dicit quod nullum accidens / inseparabile est separabile, et nigrum non est inseparabile accidens. **[]** Si autem di/catur 'nigrum est inseparabile corvo, ergo est inseparabile', non sequitur, quia inse/parabile habet vim negationis, sed ad negationem determinatam non sequitur negatio sim/plex, ut si nigrum non separatur a corvo, non sequitur 'ergo non separatur'; sed ad af/firmationem determinatam sequitur affirmatio simplex, ut si nigrum est separabi/le huic homini, sequitur 'ergo est separabile'.

Et ita dicimus quod Porphyrius non dedit / exemplum de inseparabili accidenti, sed de inseparabili alicui. Insepara/bilia accidentia sunt, ut simum, nasi curvum.

* * * * * * * * *

3.1) SH1, Berlin lat. fol. 624 f. 78ra, cf. De Rijk 1966 p. 54

Et ostendit tres esse species hypotheticarum propositionum: una naturalis, alia tem/poralis, tertia disiuncta dicitur.

Dicit autem m. P. quod disiunc<t>a omnis / vera est cuius pars vera est. **[]** Sed si hoc est, tunc verum est dicere 'aut est album aut / est nigrum' de eo qui albus est. Sed non est verum. Potest enim fieri ut neutrum / sit. Et plane Boethius in Topicis[102] demonstrat hoc, cum dicit: "Quod si <ea> cuncta, quae per / negationem dici convenit, ad disiunctionem transferamus[103], pro/cedit ratio".

---

102 *Non* DT *sed* SH 834D7-8

103 transferamus + [no(n)] *B*

3.2) SH1, Berlin lat. fol. 624 ff. 79vb, cf. De Rijk 1966 pp. 54-55

[0] Secundus modus ita proponitur.

Si aliquid / est homo, ipsum est animal,
et si aliquid est animal, ipsum non est lapis,

[1.1] Sed secundum hoc me/dium non videtur valere. Contingunt enim multa inconvenientia.

Si est homo et lapis, est homo,
et si est homo, non est lapis;

conclude per medium /

ergo si est homo et lapis, non est lapis.

Locus ab antecedenti et secundum antiquos /

quicquid[104] sequitur ad consequens, et ad antecedens.

Iterum si est `homo et´ lapis, est lapis. /

Et ita duae dividentes sequuntur ad eandem, quod est inconveniens. / Et idcirco M. petrus non concedit quod vera sit hypothetica illa / quae proponitur inter affirmationem et negationem.

[1.2] Iterum alia ratione / probat quod illum medium non poterit stare, quia ad hoc quod ista propositio vera / esset

Socrates est lapis,

oportebat quod Socrates esset Socrates et lapis <est> lapis. Si enim Socrates / verteretur in nat<ur>am lapidis, non esset verum dicere

Socrates est lapis, /

sicut si ex nigro efficiatur album, non est verum dicere

nigrum / est album.

Et idcirco necesse est Socratem esse Socratem et lapidem lapidem. Et si Socrates / est Socrates et lapis est lapis, verum est dicere Socratem esse <Socratem et lapidem esse> lapidem. Inde non sequitur

ergo non / est homo,

vel igitur non est Socrates.

Et idcirco non est bona consequentia

si est homo, non est / lapis.

Et propter hoc dicebat M. Petrus si concederentur illae hypotheticae, / conclusio erat necessaria.

[2] M. vero Alb' dicit quod consequentiae verae, conlucsiones / vero nihil valent. Et hoc tali modo probatur.

Si Socrates est homo et non est animal,

Socrates est /[105] homo,

---

104 Quicquid] q(ui)dq(ui)c *B*

et si Socrates est homo, Socrates est animal,
ergo si Socrates est homo et non est animal,
Socrates est animal.

Hanc / argumentationem concedebat M. Petrus esse necessariam.

Iterum ex alia parte

si Socrates est homo et non est animal,
Socrates non est animal,

modo conver/tatur ista in parem suam, et dicamus

si Socrates est animal,
non si Socrates est homo[106], /
Socrates non est animal;

et ita dividentium una sequitur ad alteram.

[] Sed M. p. / illam consequentiam non concedebat, quia dicebat negationem -------/m()ciorem esse affirmationem. Quod tali demonstrabat exemplo:

<si> Socrates non / legit ubi Plato disputat,
Socrates non legit,

haec[107] non est verum, et tamen est verum: /

si Socrates legit ubi Plato disputat, Socrates legit.

Et ideo non sequitur conclusio. /

Iterum est alia ratio quod conclusio non sequitur, quia omnis sententia est ut ex / veris nunquam sequatur falsum; quod autem illae verae sint, sic atten/ditur. Prima vera est

si est homo et lapis, est homo,

et hoc ipse concedit. Atque / assumptio ab auctoribus in vero sensu prolata est. Modo in illo sensu / teneatur, in quo ab auctoribus prolata est; et priori iungatur. Ex illis / nullum falsum debet sequi. Et ita oportet quod illis concessis conclusio / non sequitur.

* * * * * * * * *

4.1) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 81ra, cf. De Rijk 1966 p. 33

Assignata intentione secundum intro/ducendos, est alia assignanda secundum provectos, quoniam Boethius demonstrat / in Commento

---

105 est / + [a(nima0l] *B*

106 h(om)o] a(nima)l *a.c. B*

107 haec] h(ic) *B*

Porphyrii, cum dicit[108]: Aristoteles hac intentione librum, quod De decem praedicamentis / inscribit, composuit, ut infinita rerum multitudo, quae sub scientia / cadere non poterat, paucitate generum et specierum, non et scientia fie/ret subiecta. Unde patet quod intentio Aristotelis est tractare de vocibus / principaliter, quia tractaturus erat de syllogismis, gratia syllogismorum de propositionibus, gratia / propositionum de vocibus incomplexis et de rebus vel de praedicamentis.

Et quod prae/dicta intentio sit insufficiens, demonstrat Boethius, cum dicit[109]: Tria sunt / quae mihi restant in mente; unum quid velit praedicamentorum i(ntentio). Si suffici/enter esset assignata praedicta intentio, non sic dixisset Boethius. Dicit m(agister) A(lbericus) quod ali/a duo, quae Boethius habebat in mente, sunt ista: utrum illa denaria divisio / sit sufficiens in terminis et in rebus, et utrum aliquod generalissimum / possit esse supra illa decem.

4.2) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 81rb, under the *lemma*: **Aequivoca dicuntur**(47.1), cf. De Rijk 1966 p. 33

Item quaeritur quare prius de aequivocis quam de / univocis. **[]** Ideo, ut dicit Boethius[110], quia omnia sunt aequivoca sub ente. **[]** Dicit / m. A. quod ideo prius de aequivocis, quia sunt simpliciora. Ad / hoc ut aliqua sint aequivoca, oportet quod nomen sit commune / solum; sed ut aliqua sint univoca, oportet quod nomen et definitio / sit communis.

4.3) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 81va, under the *lemma*: **Univoca dicuntur**(47.7), cf. De Rijk 1966 p. 33, cf. De Rijk 1966 p. 33

Videndum est quid sit praedicari univoce, quid / aequivoce, quid multivoce, quid diversivoce.

Praedicari aequivoce convenit / vocibus, et definitur sic: praedicari aequivoce, id est secundum diversas significationes / vel definitiones. Convenit etiam rebus, et definitur sic: praedicari aequivoce, id est eo/dem nomine et diversa definitione, ut Socrates secundum <h>as diversas definitiones, scilicet hoc habens / vires corporis, et hoc[111] habens virtutes animi.

---

108 inP2 p. 143.14-20

109 inC I, 160A6-10

110 *Ubi?*

111 hoc habens] h(oc)abens *B*

Dicunt quidam quod quae/dam universalia praedicantur aequivoce[112]; praedicari aequivoce, id est nomine solo[113] / denominave, secundum quosdam; et in hoc sensu albedo praedicatur de Socrate, ut sunt / accidentia, ut 'Socrates est albus' hic praedicatur albedo de Socrate solo nomine. / Dicit m. A. quod nulla universalia praedicatur aequivoce, sed individua tantum. /

Praedicari univoce, id est secundum eandem significationem; et in <hoc> sensu convenit / vocibus. Vel nomine et definitione; et in hoc sensu convenit rebus.

Praedicari mul/tivoce, id est multis vocibus, ut 'Marcus' 'Tullius' 'Cicero'.

Praedicari diversivoce, id est di/versis vocibus, ut 'homo' 'lapis' 'bos'.

Dicit m. A. quod eadem[114] praedicantur uni/voce et multivoce [et diversivoce], ut haec species 'homo' praedicatur univoce / et multivoce, quia hac voce, scilicet 'homo', et hac alia, scilicet 'animal rationale'.

4.4) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 82rb, cf. De Rijk 1966 p. 33

Est autem substantia(48.22) id est significat substantiam **ut / figuraliter dicatur** id est ut figurativa locutione dicatur. Et hoc dicit / m. P. quia figurativa locutio est 'homo significat substantiam'.

Di/cit m. A. quia Aristoteles non dat exemplum de voce significanti substantiam, / sed ponit exemplum quae res sit substantia, et per hoc potest videri quae vox signi/ficat substantiam **ut figuraliter didatur** id est ut per exempla haec alia figu/rentur; secundum m. A. **ut figuraliter** id est introductorie.

4.5) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 82va

Species in quibus illae, quae princi/paliter dicuntur substantiae, insunt(49.2) id est continentur **et genera harum specierum** sunt / secundae substantiae. Hac auctoritate probat m. A. quod universale et singu/lare sunt secundae substantiae, quia sub eis continentur primae.

---

112 equiuoce] uniuoce *a.c. B*

113 solo] su()to *B*

114 eadem] eode(m) *B*

Et est no/tandum quod omne[115] universale praedicatur in quid, <et id> sub quo continetur prima / substantia est secunda substantia.

4.6) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 82va, cont. to 4.5) above

Demonstrat Aristoteles quandam proprietatem / convenire secundis substantiis, quae convenit omnibus universalibus, scilicet no/men et definitionem universalis praedicari de subiecto. **Manifestum est ex h/is quae dicta sunt**(49.5) scilicet "quando alterum etc(48.8)" et "omnia superiora praedicantur / de inferioribus(48.18)", **quoniam necesse est et nomen et rationem eorum quae dicun/tur de subiecto** id est universalium **praedicari de subiecto**. Hac auctoritate / m. A. probat omnia universalia univoce praedicari, quia si necesse / est nomen et rationem eorum quae dicuntur de subiecto praedicari de subiecto, ergo cum / dici de subiecto sit definitio universalis, et omne universale univoce praedica/tur. Si quidam e contrario dicunt quod proprietas quae fundantur in subiecto aequi/voce praedicantur de subiecto, s(olvitur) hac auctoritate, scilicet eorum quae sunt / in subiecto rationem impossibile est praedicari de subiecto. m. A. probat propri/etates non praedicari de subiecto in quo sunt, quia si definitio non praedicatur de / aliquo, nec definitum.

4.7) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 82vb

Nomen eorum quae sunt in subiecto nihil / prohibet aliquando praedicari de subiecto, rationem vero impossibile est(51.7). /

Hinc m. A. argumentum, hoc modo. Si definitio eorum, quae sunt in subiecto, / non potest praedicari de subiecto; ergo ipsa definita non praedicantur de subiecto. / Et ea, quae sunt in subiecto per adiacentiam, praedicantur de subiecto, ut album, / nigrum; sed ea, quae sunt in subiecto, per fundationem non praedicantur de subieco / in quo fundantur, ut albedo, nigredo. [] Quidam dicunt quod proprie/tates praedicantur de subiecto per fundationem aequivoce vel denominati/ve.

4.8) C17, Berlin lat. fol. 624 ff. 82vb-83ra, cont. to 4.7) above, cf. De Rijk 1966 p. 34

---

115 o(mn)e] e(ss)e *a.c. B*

<Ergo non erit etc(51.10)>.

Non esse in subiecto non solum convenit substantiae, sed etiam differentiis; ergo definito[116] / primi praedicamenti non sunt substantiae; ergo non convenienter videtur dicere m. A., / qui dicit eas substantias. **[]** Solutio. Substantia[117] dicitur duobus modis. Dicitur / substantia, id est subiectum accidentibus; et in hoc sensu substantial<is> / differentia primi praedicamenti non est substantia. Sed est substantia, id est res per se e/xistens, quia videbatur partes substantiarum esse in subiecto. **|83ra|** Ideo Aristoteles removet hanc dubitationem, sic dicens: **No<n> nos** / **conturbent substantiarum partes**(51.17).

Legit Boethius de partibus integralibus, ut / sunt manus et oculi. Dicit m. A. quod potest legi de substantialibus dif/ferentiis primi praedicamenti, ut gressibile[m] bipes, quia videbantur / esse in hac specie 'homo' ut in subiecto, sed non sunt.

4.9) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 83rb

Ut / alicui homini, at vero nec homini(52.17).

Hoc non est argumentum secundum m. P., / quia prima substantia et secunda sunt opposita quantum ad / substantiam secundum ipsum.

4.10) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 83va-vb

Susceptibile contrariorum est / tantum convenit substantiae(53.4).

Opponitur. 'Socrates sedet' haec oratio significat verum / Socrate sedente, et significat falsum Socrate stante; ergo eadem oratio susci/pit contraria. **[]** Solutio. Significare verum et falsum non sunt contraria.

Item haec o/pinio, secundum quam opinor Socratem sedere, eo sedente est vera, et eo stante / est falsa; ergo opinio suscipit contraria. Item scientia, quae est in Socrate, su/scipit augmentum[118] et diminutionem; ergo scientia suscipit contraria. **[]** Solutio. / Susceptibile contrariorum dicitur duobus modis. Dicitur enim susceptibi/le contrariorum per formationem, et in hoc sensu convenit opinioni / et scientiae. Et dicitur susceptibile contrairiorum per formationem ut

---

116 definitio] diffi *B*

117 Substantia] sub(iec)m *ut videtur B*

118 augmentum] aucm(en)tu(m) *B*

su/fficiens fundamentum, et in hoc sensu tantum convenit substantiae. [] Vel dicatur / susceptibile contrariorum secundum mutaionem sui, <et in hoc sensu> oratio et opinio omnino / immobilia perseverant.

<Contra> hanc auctoritatem dicit m. P. quod, <si> se/mel est verum, semper est verum et semper fuit verum et semper erit verum; et quod / fuit <verum>, semper fuit <verum et> semper erit verum <et> semper est verum; ut 'Socratem sedere' hoc / verum semper fuit, quia opinio secundum quam concipitur hoc verum est / immobilis, ergo illud verum semper est. [] Sed etiam <non> semper significatur eadem / propositione, quia quandoque significatur propositione <de praetito, quandoque de praesenti, quandoque> de futuro. Tunc significatur propositione de / futuro, quando res non ad<h>uc[119] est, ut antequam Socrates esset, hoc verum signi/ficabatur hac propositione 'Socrates sedebit'; in tali instanti, in quo modo / sedet, <significatur hac propositione 'Socrates sedet'>; et, Socrate stante, significabitur hac propositione 'Socrates sedit[120]'. Et ita idem / verum significatur a diversis propositionibus per diversa tempora. [] Quod etiam probat per / dicta prophetarum et sacramenta, hoc modo. Dicit propheta "Virgo pariet". / Haec propositio significat virginem parituram, sed virginem parituram / est falsum, ergo propheta dixit falsum. Et ne hoc inconveniens concedamus, / ideo dicendum est `hoc´[121] dictum esse[122] verum et nunquam falsum; sed non significatur hac / propositione "Virgo pariet", sed ista "Virgo peperit". [] Similiter[123] 'Socrates iuravit / Pla(toni) daturum nummum in die Dominico'; transacto die Dominico, / hoc est falsum; ergo Socrates iuravit falsum. Et ne hoc inconveniens sequatur, dicen/dum est quod hoc, scilicet 'Pla(toni) daturum nummum in die Dominico', est verum; / sed non significatur hac propositione 'Socrates dabit numm`um´ in die Dominico', sed / ista 'Socrates dedit nummum in die Dominico'.

Opponitur huic sen/tentiae. Dicit Aristoteles (53.16-17): Si quis vere opina[`bi´]tur sedere aliquem, cum ipse / surrexerit, falso opinabitur retinens eandem opinionem. / Ergo, si ille qui habet eandem opinionem opinatur falso, cum prius / veraciter opinaretur, ergo eadem opinio, quae prius erat vera, modo est / falsa. Ergo non si semel aliquid est verum, et semper est verum. [] Si hanc / auctoritatem Aristotelis hoc modo esse

---

119 ad<h>uc est] aduc e(st) *seu* aduc(er)e *B*

120 sedit] sed(et) *B*

121 hoc] `h(oc) d´ *i.m. add. B*

122 e(ss)e] e(st) *a.c. B*

123 Similit(er)] Somilit(er) *a.c. B*

intelligendam, dicimus. ‘Oratio et opi/nio immobil(es) persev<er>ant; ergo si aliquae opinio semel est vera, semper / est vera’. Non sequitur, quia opinio[124] perseverat immobilis secundum sui mutationem[125], / et unumquocque accidens aliud. Unde non sequitur, si aliqua opinio / semel est vera, quod semper sit vera. Sed est mobilis opinio secundum subiectum[126], / ut si ita est in re, et vera est illa opinio; et si non est ita in re, tunc / falsa est opinio. **[]** Similiter est intelligendum: ‘Virgo pariet’ / hoc est fal(sum), ergo propheta dixit falsum’. Non sequitur, quia quando propheta dixit hoc, / tunc erat verum; unde `non´ sequitur quod dixisset falsum. Et haec propositio / modo est fal(sa), et haec propositio in proprio sensu modo est fal(sa). **l83vbl** Si vero habeat sensum praeteritae propositionis, tunc vera est, hoc modo: / Virgo pariet, id est haec propositio est vera in tempore quo propheta protulit h/anc, et iste sensus est translativus propter usum ecclesiae. **[]** Similiter / ‘iste iuravit Pla(tonem)[127] sedere, ergo iuravit falsum’. Non iuravit fal(sum), sed iuravit quod / modo est fal(sum). **[]** Item opponitur. Socratem sedere est verum, quod nunquam potest / esse falsum, ergo est necessarium. **[]** Item. Socratem sedere semper fuit verum; ergo quando haec propositio / erat vera, scilicet ‘Socrates non sedet’; ergo quando significatum istius propositionis erat verum; / ergo significata contradictoriarum simul erant vera.

Dicit m. P. quod verbum / refertur ad illud instans quod antecedit prolationem.

Opponitur. / ‘Socrates sedet’ haec propositio significat Socratem sedere in hoc instanti; <si>[128] in alio / profertur, significat Socratem sedere in alio instanti; sed aliud est Socratem / sedere in hoc instanti et aliud est Socratem sedere in alio instanti; ergo quo/tiens profertur, propositio mutat significationem. **[]** Item. Sit quaestio utrum / Socrates sit homo, et probetur hoc modo ‘Socrates est risibilis, ergo Socrates est homo’. Non est proba/tum Socratem esse hominem in hoc instanti quod erat in quaestione, sed est probatum / Socratem esse hominem in alio instanti; et ita nulla quaestio potest probari / in eo sensu in quo datur ad probandum. Sed si dicant quod ‘Socrates est / homo’ haec conclusio refertur ad illud instans quod antecedit locu/tionem, oritur inconveniens quod haec propositio ‘Socrates est homo’ est de praeterito, quia est / sensus: Socrates

---

124 opinio] op(er)inio *B*

125 mutationem] nat(ur)am *B*

126 subiectum] sub’m *B quod* substantiam *legendum?*

127 pla(tonem) sed(er)e *sic B*, *sed fortasse* Platoni daturum nummum etc *legendum?*

128 <si>] s(ed) aliter *et expunxit B*

est homo, id est Socrates fuit homo quando haec propositio fuit assumpta ad / proferendum. [] Item. Nullus potest contradicere alii, quia cum iste dicit 'Socrates / sedet' et alius dicit 'Socrates non sedet', non contradicit ei; ille dicebat Socratem sedere / in hoc instanti, et alter dicebat Socratem non sedere[129] in alio instanti; / et ita omnes contradictiones pereunt.

4.11) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 83vb, cont. to 4.10) above, cf. De Rijk 1966 p. 33

¶ Post praedicamentum substantiae trac/tat Aristoteles de quantitate priusquam de qualitate, quia, ut dicit m. A., / quantitas est similior substantiae quam qualitas, quia sicut substantia non prae/dicatur cum magis et minus et substantiae nihil est contrarium, sic quantitas / non praedicatur cum magis et minus et quantitati nihil est contrarium; et quia fa/cilior transitio fit de similibus ad similia, ideo prius de quantita/te tractavit.

4.12) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 84ra

Simplex / locus est simplex indivisibilis quantitas <et> principium loci compo/siti.

Dicit m. A. quod simplex locus nihil aliud est quam punctum, quia / quando locus dividitur in ultimas partes, tunc puncta inveni/untur ultimae partes loci; et ita nullus locus est simplex, / sed omnis est compositus.

Sed Aristoteli videtur esse contrarius, cum dicit locus alius / simplex, alius compositus. [] Solutio. Locus dicitur simplex quantum / ad nos, sed nunquam ad rei naturam.

4.13) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 84ra, cont. to 4.12) above, cf. De Rijk 1966 p. 33

Dicit m. P. quod unitas non est / quantitas, quia nihil dicitur quantum secundum ipsam +nec[130] [nec] aliqua dicuntur quanta secundum ipsam+; et est species, non tamen conti/netur sub genere, quia non est res praedicamentalis. Similiter diceba/t de pu(ncto), ele(mento), insta(nte).

---

129 sedere] ded(er)e *B*

130 +nec - ipsam+ *i.m. dextr. add. B*

Dicit m. A. quod unitas est quantitas; et ali/quid dicitur quantum secundum ipsam, quia si interrogetur 'quantum est hoc?', et di/catur 'unum', conveniens est responsio. Similiter dicit u/nitatem sub genere contineri.

4.14) C17, Berlin lat. fol. 624 ff. 84rb-va, cf. De Rijk 1966 p. 34

De linea diversae sunt sententiae.

Dicit / m. A. quod linea ex punctis constat.

Alii dicunt quod non evi/denter habere a B(oethio) sic dicente[131]: Nihil ex suis terminis constat. / Unde argumentantur hoc modo. Puncta sunt termini lineae, sed nihil / constat ex suis terminis, ergo linea non constat ex punctis. / [] Solutio. Terminus alius intrinsecus, alius extrinsecus. De extrinsecis / terminis Boethius locutus est.

Item. Dicit Boethius[132]: si punctum puncto addas, / quasi nihilum nihilo addis. Ergo linea non fit ex punctis. / [] Solutio. Quando iungitur punctum puncto, nihil fit ex punctis / quantum ad nos; sed quantum ad rationem aliquid fit ex / illis.

Item. Dicit Boethius[133]: dico lineam non constare ex punctis. [] Et est / intelligendum: ex punctis extrinsecis.

Item. Omnis magnitu/do `de´crescit in infinitum, sed bipunctalis line`a´ non descrescit / in infinitum, ergo non est magnitudo, ergo non linea. [] Solutio. Omnis / magnitudo quantum ad nos, sed non omnis magnitudo quantum / ad rationem.

Item. Proposita linea, licet eam partiri per medi/um, sed tripunctalis linea non potest partiri per medium, quia / medium punctum est insecabile. [] Solutio. Omnis linea sensualis / potest partiri per medium, sive quantum ad nos sive quantum / ad rationem; sed non omnis linea rationalis, ut tripunctalis.

Probatur / quod linea constet ex punctis. [] Quinque[134] cubitalis linea est / pars illius lineae quae est decem cubitalis. Sed in partibus quinque / cubitalis lineae non est minor numerus quam in[135] partibus decem / cubitalis lineae, quia est ibi infinitus numerus. Ergo quinque cubi/talis linea non habet pauciores partes quam decem cubi/talis linea.

---

131 inC 205B4-5: nullaque res suis terminis constat.

132

133 inC p. 205A14-15: Non autem nunc hoc dicitur quod liea constet ex punctis ...

134 Quinque] q(uid)cu(m)q(ue) *B*

135 in partibus] impartib(us) *B*

Ergo non est minor ea, quod est inconveniens. **[]** Item. Li/nea quae est in naso Socratis constat ex infinitis lineis, quae sunt / iunctae indirectum; ergo linea constituta ex illis exten/ditur in infinitum, et subiectum extenditur in infinitum; / ergo ultra decem brachia; ergo nasus Socratis extenditur ultra decem / brachia. **[]** Dicit Boethius[136]: si aliquid additur alicui, ipsum maius / efficitur. Sed punctum est aliquid; ergo cum iungatur alicui punc/to, et aliquod totum fit ex illis punctis; sed nihil aliud quam / linea; ergo linea constat ex punctis. **[]** Item. Ex instantibus **|84va|** fit tempus, et ex unitatibus fit numerus; ergo ex punctis / fit linea, quia si non constat ex punctis, oritur in/conveniens.

Est notandum quod geometria tantum trac/tat de linea sensuali.

4.15) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 84va-b, cf. 4.16 below

Quidam dicunt quod nullum tempus est.

Et probant / hoc modo. Praeteritum tempus non est, quia nec hesterna dies / nec aliud praeteritum, quia qua ratione esset / hesterna dies, eadem ratione esset dies diluvii; ergo **|84vb|** si hesterna dies non est, nullum praeteritum tempus est. Si/militer nec futurum tempus est, quia nec crastina dies / nec aliud futurum, quia qua ratione esset crastina / dies, eadem ratione esset dies iudicii; ergo si crastina dies non est, / et nullum futurum tempus est. Similiter praesens tempus non est, quia non / est simplex, et hoc est manifestum; neque est compositum, quia tantum / una pars eius est, scilicet instans, sed nihil componitur ex una parte / tantum. Ergo praesens tempus non est compositum neque simplex[137]; ergo non est. Item / probatur quod [est] praesens tempus non sit. Praeteritum tempus et futurum / sunt partes principales praesentis temporis; sed non existente / parte principali, non existit totum; ergo cum praeteritum tempus et / futurum non existant, nec praesens existit. Et his argumen/tationibus probatur nullum tempus esse. **[]** Sed quod dicitur Aristoteles[138] "Tempus / est species quantitatis", est intelligendum eum fuisse locutum / secundum opinionem vulgi.

Dicit [f.] m. A. <falsum esse> quod praeteritum tempus et fu/turum sunt partes principales praesentis temporis ex quibus praesens / tempus constat, ut A<u>gustus est pars anni, id est particula<ri>ter suc/cedit in anno, sic praeteritum tempus et futurum particulariter /

136

137 simplex] si(m)ples *B*

138 C-6 p. 54.21: Amplius autem praeter haec tempus et locus.

succedunt in praesenti tempore; non tamen sunt, sed tantum praesens tempus est quod / constituitur ex his quae non sunt, quia ex praeterito et futuro. Si vero / dicatur 'non existente parte principali, non existit et totum', / hoc est intelligendum de illis totis quae habent existentiam secundu/m moram partium, et non de his quae existunt per partium succes/sionem, ut tempus et vox et cursus.

Potest tamen probari praeteritum tempus esse, / quia praeteritum tempus est id secundum quod aliquid dicitur prius, ergo praeteritum est; <futurum> / tempus est id secundum quod aliquid dicitur posterius, ergo futurum tempus est. / **[]** Dicit Aristoteles [dictum est] in Categoriis[139] praeteritum tempus et futurum esse / quantitates, ergo praeteritum et futurum sunt. **[]** Item dicit Priscianus[140]: "Tria sunt / tempora: praesens, praeteritum, et futurum".

Sed praeteritum tempus est non secundum substantiam / sui, sed secundum successionem.

Si autem opponatur 'omne praeteritum tempus / est, ergo quadragesima est, ergo abstinendum est a carnibus', / non sequitur, quia non quidquid est, et nunc est. Unde, quamvis praeteritum tempus / [omne] et futurum sint, non tamen nunc sunt, ut iste dormiens vadit / Romam, non tamen nunc vadit, quia quiescit. Et quod non omne quod dicitur de / aliquo simpliciter, dicatur cum determinatione, demonstrat / Boethius, cum dicit[141] "necesse est omnem hominem mori, non tamen necesse est / hominem[142] nunc mori". **[]** Vel dicamus quod 'omne praeteritum tempus est, / ergo quadragesima est' non sequitur, quia esset sensus: est per succes/sionem; et est sophisma huius verbi, scilicet 'est', in tertio modo aequivoca/tionis.

4.16) C17, Berlin lat. fol. 624 ff. 84vb-85ra

De loco sunt diversae sententiae. / **[]** Dicit m. A. quod omnis locus est compositus; / et sicut puncta sunt ultimae partes lineae et su**l85ra**lperficiei et corporis, ita ultimae partes loci sunt p/uncta, quia dicit Aristoteles[143] "Particulae corporis et loci / copulantur ad eundem

---

139 C-6, p. 55.15-16: Praesens enim tempus copulatur et ad praeteritum et ad futurum.

140 *Inst. gr.* VIII-38 p. 405.8

141 *Ubi?*

142 hominem] hom()e h°()ne(m) [n(un)c] *B*

143 C-6, p. 55.16-19: Locum enim quendam corporis particulae obtinent, quae particulae ad quendam communem terminum copulantur; ergo et loci particulae, quae

communem terminum", / id est ad punctum. [] Dicunt alii quod locus quidam est compositus, alius / est simplex.

4.17) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 85rb, cf. 4.14 above

Rursus locus continuorum / **est**(55.16), quia **particulae corporis obtinent id est implent quen/dam locum**.

Et particulae loci obtinent(55.18) id est circumscribunt / **singulas particulas corporis** quae **copulantur ad e/undem terminum ad quem et particulae corporis**.

Di/cunt quidam quod **particulae loci copulantur ad e/undem terminum** id est ad consimilem, quia sicut punc/tum est indivisibile, sic simplex locus est res indivi/sibilis.

Dicit m. A. quod, si particulae[144] corporis et lo/ci copulantur ad eundem terminum, ergo cum particulae / corporis copulentur ad punctum, et particulae loci / copulantur ad punctum; ergo ultimae partes loci sunt / puncta. Et ac auctoritate probat quod simplex locus nihil / est.

4.18) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 85va, at the end of ch. 6: De quantitate

Dicit m. A. quod quantitas prorpie dicitur aequalis et inaequalis; si vero dicatur 'haec / <h>asta est aequalis huic <h>astae', sic intelligitur[145] quod haec <h>asta habeat / aequale<m> quantitatem huic <h>astae. Vel dicamus quod secundum quantitatem / aliquid dicitur aequale et inaequale.

<Opponitur>. +Omne[146] id, secundum quod aliquid dicitur aequale et inaequale, est quantitas, scilicet secundum aequalitatem et inaequalitatem aliquid dicitur aequale vel inaequale+, quia secundum albedinem aliquid dicitur al/bum et secundum nigredinem nigrum, ergo aequalitas et inaequalitas sunt / quantitates, +ergo[147] quaedam relatio<n>es sunt qualitates+. [] Solutio. Secundum quantitatem aliquid dicitur aequale princi/paliter, sed secundum aequalitatem aliquid dicitur aequale secundario. [] Et[148] a/liter. Distinguitur haec aequivocatio. Secundum

---

obtinent singulas corporis particulas, ad eundem terminum copulantur ad quem et corporis particulae.

144 particulae] particulare *B*

145 intelligitur] intellig^{i} *B*

146 +omne - inaequale+ *i.m. sinistr. add. B*

147 +ergo - qualitates+ *i.m. sinistr. add. B*

148 (et) *sic B, sed fortasse dicendum* Vel

aequalitatem aliquid dicitur ae/quale, si per ‘secundum’ notetur denominatio, verum est, et sit sensus: / aequale dicitur secundum aequalitatem, id est aequale praedicatur ita quod denominati/ve sumitur ab aequalitate; sed si <per> ‘secundum’ notatur causam, falsum est, / et sit sensus quod aequalitas sit causa quare aliquid est aequale. /

4.19) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 85vb, cf. De Rijk 1966 p. 34

<**Iacere autem** etc(59.5)>.

Dicunt quidam quod tantum sermones sumun/tur denominative et non res.

Dicit m. A. quod sermones et res sumun/tur denominative, quia dicit Aristoteles: “Sedere, iacere non sunt positiones, / sed denominative sumuntur a positionibus”. Aut loquitur Aristoteles de / his verbis, scilicet ‘sedere’ et ‘iacere’, aut de significatis eorum. Sed de his ver/bis non potest dici quod sumantur denominative, quia iacere non / sumitur denominative, cum nullum nomen sit a quo sumatur. / Ergo loquitur Aristoteles de significatis istorum verborum.

Opponitur. Quod signifi/catur ab hoc verbo ‘iacere’, sumitur denominative; ergo habet nomen / quod convenit ~~eum~~ nomine ~~illius proprietatis~~ in principio et in me/dio, et in fine discrepat. [] Solutio. Quod significatur ab hoc verbo / ‘iacere’, habet nomen quod convenit ~~eum~~ nomine ~~pro<pri>etatis~~ in pincipi/o et in medio, et in fine discrepat, non apud nos sed apud Graecos. /

4.20) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 86va-vb

¶ Quando est quod reliquitur / ex adiacentia temporis, id est proprietas quae `est´ in aliquo ex hoc quod tempus / convenit ei. [] Describitur et alio modo. Quando est p<ropri>etas e/xistens in aliquo ex hoc quod tempus convenit ei, vel quod inest vel quod / praedicatur vel quod subicitur gratia illius.

Quando aliud universale, ali/ud singulare. Singulare aliud unum numero, aliud non. / Unum numero alia est illa proprietas secundum quam aliquid est in / anno, alia est secundum quam in mense vel in <h>eb/domada vel in die vel in <h>ora. Universale a/liud praedicatur in quid, aliud in quando est ut sunt **|86vb|** sumpta.

Describit m. A. alio modo. Quando est / universale praedicatum de aliquo secundum quod ali/quid est in tempore, vel quod inest vel quod

subicitur gratia illius. / [] Quando aliud universale, aliud singulare numero, quia nullum / quando est singuare unum numero. Et ea quae continentur in hoc / praedicamento non praedicatur de proprietatibus unius[149] numero. Et sump/ta istius praedicamenti non praedicantur secundum proprietates, sed secundum v(er)a.

4.21) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 86vb, cont. to 4.20) above

¶ U/bi est circumscriptio corporis et eorum quae[150] sunt circa corpus, id est / illa proprietas secundum quam aliquid occupat aliquem lo/cum, id est ita tenet locum quod aliud corpus non potest esse simul / in illo loco. Et ex hoc apparet quod res incorporea / non sunt in loco. [] Describitur et alio modo. Ubi est proprietas secundum / quam aliquid[151] est alicubi, vel quod inest vel quod praedicatur vel quod / subicitur gratia illius.

Ubi aliud universale, aliud singu/lare. Singulare aliud unum numero, aliud non. Unum / numero alia est illa proprietas secundum quam aliquid est in caelo, ali/a est illa proprietas secundum quam aliquid est in terra. Proprietas / secundum quam aliquid est in terra, vel est in Asia vel in Africa, vel in / Europa. Universale aliud praedicatur in quid, aliud in ubi est, / ut sunt sumpta istius praedicamenti.

Describit aliter 𝕞. / 𝔸. Ubi est universale praedicatum de aliquo ex hoc quod aliquid est / alicubi, vel quod inest vel quod subicitur gratia illius. [] Ubi a/liud universale, aliud singulare. Non unum numero, quia ea, quae con/tinentur in hoc praedicamento, non praedicantur de proprietatibus unius / nomero, et sumpta istius praedicamenti non praedicantur secundum proprietates, sed secundum v(er)a.

4.22) C17, Berlin lat. fol. 624 f. 87rb, cf. De Rijk 1966 p. 34

Generatio / et corruptio sunt contraria quae sunt in eodem, quia quando de ovo fit / animal[152], tunc generatio est ibi et corrputio, quia ovum de/struitur; ergo duo contraria sunt in eodem. [] Dicit 𝕞. ℙ. Quando de ovo / fit animal, tunc ovum n<on> corrumpitur sed melioratur, quia cor/ruptio est egressus a digniori statu ad indignio/rem, ut quando de carne

---

149 uni(us)] unis *a.c. B*

150 quae] 8et)e *i.t. et s.l. add.* q; *B*

151 aliquid] aliq(ui)d(em) *B*

152 animal] a(n)i(m)al([is] *B*

fit putredo; sed cum ovum tran/sit in statum animalis, non corru<m>pitur, quia dignior status est / status animalis quam status ovi. [] Dicit m. A. Generatio et cor/ruptio non sunt contaria, id est inter se repugnantia; sed sunt contrari/a, id est continentia contraria. Et non est inconveniens, si duo / contraria, id est continentia contraria, sunt in eodem ut genera<tio> et corrup<tio> / sunt in ovo. Esset autem inconveniens, si duo contraria, id est inter / se repugnantia, essent in eodem, ut generatio et conrup/tio eiusdem, ut est genera<tio> ovi et corruptio ovi et generatio / animalis et corruptio animalis, quia iam idem simul corrum/peretur et generaretur. [] Similiter est dicendum quod mo/tus et quies non sunt contraria, id est inter se repugnantia; sed sunt contraria, / id est continentia contraria. Sed repugnantia inter se sunt ista: / motus et quies eiusdem, ut motus albedinis [in albedinem] / et quies albedinis.

* * * * * * * * *

5.1) H17, Berlin lat. fol. 624 ff. 87vb-88ra, the very beginning, cf. De Rijk 1966 pp. 39-40

<C>um[153] plura et vario ordine tam librorum quam artium / principiis ad maiorem consequentium evidentiam magi/st`r´i praemittere consueverunt, his impraesentiarum relictis quae circa prin/cipia `cuiuslibet´ artis versantur, consideranda ea sola inspiciamus, quae circa / cuiuslibet philosophici operis principia sunt praemittenda. Ea `a´utem / sunt numero sex, scilicet in(tentio), m(ateria), mo(dus) tractandi, cui parti philosophi/ae supponatur, causa operis, `et quis libri titulus´ o(peris).

Quidam tamen plura dicunt debere praemitti, scilicet / nomen auctoris, vitam, et cuius fiunt conditionis. [] M. A., ut pueri/lia et quasi supervacane`a´ huiusmdi putans, nulla ratione in principio / philosophici operis dicit esse conspicienda. Sola enim sex suffi/ciunt ad consequentium[154] evidentiam.

Sunt autem quidam <qui> faciunt distinc/tionem inter modum et ordinem, dicentes modum confirmat qua/litatem operis, ordinem vero in dispositione ipsius ordinis, vi/delicet quid primo, quid secundo, quid alio loco dicatur. [] Magister / vero A. hanc disti<n>ctionem esse commendabilem confitetur; / sed, ut brevis et commodius dicatur, modum et ordinem sub e/odem ponit.

---

153 Cum] *lacuna* + um *et i.m. add.* c *B*

154 co(n)seq(ue)ntiu(m)] co(n)seq(ue)ntia *a.c. B*

Item de ordine istorum diversa habetur sententia. / Quidam enim dicunt intentionem debere praemitti, quidam m(ateriam), quidam / et causam. **[]** Illi autem qui dicunt m(ateriam) esse praeponendam hac ratione / utuntur. Prius enim quis habet m(ateriam), qua habita aliquod opus de ipsa consti/tuere intendit. Verbi gratia: habendo quis lapides, de ipsis / postmodum domum vel aliquod construeret, tale cogitant. / **[]** M. vero A., subtiliori acumine montis intuens, in(tentionem) asserit / praemittendam. Haec enim naturaliter praecedit, etsi m(ateriam) in[155] quibusdam ac/tu antecederat. **[]** Illi, qui dicunt [vero] causam antecedere, ac sunt mu/niti ratione. Aiunt enim esse aliquam causam propter / quam quis habet i(ntentionem) et m(ateriam). Sed haec ratio non omni / videtur spernenda.

Sed, quia ista sex convenienter **l88ral** sic ordinantur, ideo i(ntentio) omnibus praemitti potest.

5.2) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 88va, cf. De Rijk 1966 p. 43

T i t u l u s / est: **Incipit liber Periermenias**. *Peri* Graeca coniunctione et ac/cipitur pro 'de', ut hic *Periermenias* id est de interpretatione; acci/pitur pro 'circum', ut hic *Peripathetici* id est circum veritatem existen/tes.

Dicit Boethius quod quidam inculpaverunt hunc titulum, ut fuit Iam/bicus. Dicebat enim Aristotelem non tractare generaliter de interpretatione, et ideo / inconvenienter sic intitulatur.[156] **[]** Quod sic Boethius solvit. Si aliquod opus / circa speciem constituitur, nomine generis convenienter intitulatur, / ut si de leone aliquod opus constitueretur, convenienter intitula`re´tur / sic: Incipit liber de animali. **[]** Solvit aliter m. Al.. Interpretatio / accipitur pro voce significativa ad placitum, antonoma/sice tamen pro categorica propositione hic accipitur.

5.3) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 88va-vb, cont. to 5.2) above

Primum oportet(5.3). / Demonstrat Aristoteles mat<er>iam et ordinem. Ordinem, cum dicit **primum**; / materiam, cum dicit **quid sit nomen et quid verbum, quid negatio,** / quid **affirmatio**. **[]** In

---

155 in q(ui)busdam] q(ui)da(m) da(m) *a.c. B*

156 *i.m. sine indicatione ubi supplendum addidit B*: Unde dicit Boethius (*ubinam?*): Alex(ander) iuxta ripam fluminis ivit, sed non potavit. Porphyrius vero, qui totam mentem Aristotelis perscrutatus est, reddit aliam rationem. Dicit Porphyrius

quibusdam servat natura<le>m ordinem, in quibusdam non. / Naturalem, cum praemittit nomen et verbum; non servat, cum praemit/tit negationem et affirmationem, e(nuntiationem) et or(ationem). ... **l88vbl** ...

Aff(irmationem) et ne(gationem) ideo praemi/sit en(untiatione) et or(atione), quia sunt species[157] en(untiationis) et or(arionis), species[158] autem sunt prio/res quantum ad nos. Ut autem demonstraret prioritatem / ad nos et ad naturam, ideo praemisit. Eadem ratione en(untiationem) praemisit / or(atione). **[]** Dicit m. A. quia ideo praemisit Aristoteles ne(gationem), quia de ea principali/ter intendebat, et sic demonstravit ordinem suae intentionis; / in tractatu autem naturalem ordinem servat.

5.4) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 89rb, cf. De Rijk 1966 p. 43

Passiones animae / sunt e<ae>dem omnibus, res etiam eaedem[159] quorum hae sunt similitudines(5.8).

Oppo/nitur. Intellectus, qui est in anima Socratis, non est idem apud omnes, quia est / accidens singulare. Similiter hic lapis non est idem apud omnes, / quia tantum est hic. Ergo passiones animae et res non sunt e<ae>dem omnibus. **[]** So/lutio. Intellectus sunt idem apud omnes in similitudine et in concep/tione, id est intellectus sunt concipientes rem eandem similiter. **[]** Vel / sic. Intellectus sunt idem apud omnes, non tamen sunt apud omnes, quia esse idem, / id est esse naturale; et non sequitur 'si est naturale, `et´ est apud omnes'. Et de / rebus similiter. **[]** Vel dicatur secundum magistrum A quod Aristoteles / non loquitur de omni<bus> rebus sed de universalibus: haec species 'homo' et hoc genus / 'animal' sunt <idem> apud omnes. **[]** Vel dicamus quod Aristoteles demonstravit duplex / iudicium rei: unum naturale, alterum secundum placitum, qui/a quaedam conveniunt rei secundum placitum, quaedam etiam naturaliter, / ut Socrates convenit quod sit homo, animal, substantia secundum naturam; secundum pla/citum ei convenit quod sit sacerdos, episcopus. Et secundum hoc Socrates est idem apud / omnes, id est de Socrate datur idem iudicium naturale apud omnes, et non / secundum placitum. Quod demonstrat Boethius, cum dicit[160]: Si equus ponatur /

---

157 species] sp(iritu)s *B*

158 sp(eci)es] sp(iritu)s *a.c. B*

159 eaedem] hed(em) *B*

160 inH2 p. 21.18-24: Nam cum Romanus, Graecus ac barbaru simul videant equum, habent quoque de eo eundem intellectum quod equus sit et apud eos eadem res subiecta est, idem a re ipsa concipitur intellectus, sed Graecus aliter equum vocat, alia quoque

ante Latinum et barbarum, non unus dicet eum equum, al/ter lapidem; sed uterque eum esse equum dicit.

5.5) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 89rb-va, cont. to 5.4) above, cf. De Rijk 1966 pp. 43-44

Intellectus sunt **si/militudines**(5.9).

Opponitur. Intellectus non sunt relationes, / ergo non sunt similitudines. **[]** Solutio. Intellectus non proprie dicuntur / similitudines, quia similitudo est relatio; sed dicitur / similitudo, id est repraesentatio rei.

Hoc nomen 'intellec/tus' dicitur duobus modis. Dicitur intellectus, id est opini/o concipiens rem ut se habet. Dicitur etiam in/tellectus, id est opinio concipiens rem aliquo **|89va|** modo. De quo dicit B(oethius): `Qui re<m>´ concipit ut non se habet, / non intelligit. **[]** <M.A. dicit quod, quando ani/mus concipit rem veraciter, tunc est +intellectus[161]; quando concipit non veraciter, tunc est+ delusio animi>.

Sed opponatur. De principali vo/cum significatione apud philosophos diversae fuerunt senten/tiae. Quidam enim dicebant quod voces principaliter signifi/cabant formam exemplarem, quidam quod sensum, quidam quod / imaginationem, quidam intellectum.

'Ydea' illud significat / apud Graecos quod apud nos forma exemplaris. Et definitur hoc / modo: Forma exemplaris est simulacrum quod quis habet in / mente ad repraesentationem rei. **[]** Hoc habetur de re visa et / non visa. De re visa, ut si aliquis vidisset Romam, postea / teneret in memoria sua situm illius civitatis, me/morando quod civitas illa esset cirumdata muris, habe/ret longas turres, magna Palatia. De re autem non visa, ut si / architector vellet facere arcam, prius cogitaret quomodo / faceret eam, postea exequeretur opere quod animo cogitabat; quod fig/mentum a quibusdam vocatur, archetypum[162].

[M.A. dicit quod quando ani/mus concipit rem veraciter, tunc est +intellectus[163]; quando concipit non veraciter, tunc est+ delusio animi].

Sensus est vis ani/mi quae exercetur corporeo instrumento. Voces primo loco / significant sensum. Quod apparet in hoc nomine 'Socrates'. Si enim hoc nomen / 'Socrates' proferatur, statim auditor

---

vox in equi significatione Romana est et barbaus ab utroque in equi designatione dissentit.

161 +intellectus - est+ *i.m. sinistr. add. B*

162 archetypum] arcetipu(m) *B*

163 +intellectus - est+ *i.m. sinistr. add. B*

incipit cogitare, memoran/do quod Socrates sit res habens rotundum caput, acutam faciem, / longos dentes; et quia sensus, id est visus, primo loco acce/dit, hoc nomen 'Socrates' significat sensum. Similiter, si hoc nomen / 'mel' proferatur, statim incipit cogitare, memorando gu/stum; et quia sensus, id est gustus, primo accedit, ideo 'mel' si/gnificat sensum. [] Sed haec significatio, quia omni voci non convenit, ideo non est / principalis. <Nam> hoc nomen 'anima', si proferatur, non significat sensum, quia / nec visum nec alium.

Imaginatio[164] est curta[165] et confusa animi / conceptio. Curta[166], quia non extenditur ad proprietates distinguen/das; confusa, quia non distinguit[ur] partes. Intellectus est ple/na et distin<c>ta animi conceptio. Plena, quia proprietates di/stinguit; distincta, quia distinguit partes. [] Et, sicut aliquis / pictor prius prosterne[n]t rudes colores, cum velit[167] facere ali/quam figuram, n<on> distinguendo oculos illius figurae nec / aures nec aliqua liniamenta, et postea apponit alios / colores, distinguendo oculos et alia; sic ima/ginatio tenet rem, non distinguendo partes nec / proprietates. Intellectus supervenit et distinguit partes et proprie/tates. [] Et, sicut aliquis una manu tenet lignum, al/ta dolat, ita imaginatio tenet rem, non distinguen/do partes nec proprietates. Intellectus vero supervenit et di/stinguit. [] Et, quia imaginatio[168] est curta et confusa animi conceptio, ideo / non esset conveniens, si voces essent inventae ad curtam[169] et[iam] / confusam animi conceptionem repraesentandam. Intellectus vero / ideo est principalis significatio vocis, non quod primo occurrat, / sed quoniam vox ipsa dicitur signific(ativa), re etiam non existente, / ut haec vox 'Adam' est signific(ativa), non tamen est res cuius / nomen fuit.

5.6) H17, Berlin lat. fol. 624 ff. 89vb-90ra, cf. De Rijk 1966 pp. 44-45

Nomina et verba sunt consimilia / intellectui(5.15).

Ex <h>ac auctoritate probant quidam quod in/tellectus quidam sunt compositi, quidam simplices. Sicut <enim> voces / quaedam sunt incomplexae, quaedam complexae; sic intellectus ille / qui significantur a dicitonibus sunt simplices, / qui significantur ab orationibus sunt

---

164 Imaginatio] Inmaginatio *B*
165 curta] ʳcuta *B*
166 Curta] cu(n)ta *B*
167 velit] ll'et *B*
168 imaginatio] i(m)ma *B*
169 curtam] cuta(m) *B*

com/positi.

M. A. probat nullum intellectum est **|90ra|** compositum. **[]** Intellectus[170] huius orationis 'Socrates est / homo' non est compositus ex hoc intellectu qui si/gnificatur ab hoc nomine 'homo', quia cum 'homo' profertur, / sit intellectus in anima, et recedit; similiter intellectus signifi/catur ab hoc verbo 'est' et hoc nomine 'Socrates'. Et quia intellectus isti non sunt, ideo ni/hil ex illis fit. **[]** Similiter intellectus significatur ab hac oratio/ne 'Socrates est asinus' 'Socrates est quadrupes' non est compositus ab intellec/tu significato ab hac oratione 'Socrates est asinus' nec ab intellectu / significato ab hac oratione 'Socrates est quadrupes', quia si quis habet illum / totalem intellectum, habet unamquamque partem eius, ergo habet istum / intellectum 'Socratem esse asinum', ergo habet falsum intellectum, ergo qui habet / verum intellectum tantum habet falsum. **[]** Similiter intellectus si/gnificatur ab hac oratione 'omnes apostoli sunt salvi praeter Iudam' non est / compositus, quia quicumque habent illum intellectum, falsum in/telligent.

5.7) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 90rb

Pars cuius nihil significat extra(7.2).

Qui/dam exponunt sic: **Extra** id est separatim in compositione, +sed[171] extra compositionem+ aliquid significat, / ut in hoc verbo 'benefacio' nihil significat 'bene' et 'facio', sed extra significat[172].

Vel dicit m. A. quod partes verbi neque intus neque extra ali/quid significant. **[]** Et non esset plus necessarium in definitione verbi, nisi ut i/ta dicemus: Verbum est vox significativa ad placitum cum tempore cuius nulla pars sig(nificat). / Sed **extra** ideo addidit, quia in hoc verbo 'benefacio' et similibus vide/batur quod partes illorum aliquid significarent extra. +Sed[173] non est hoc; et ita, postquam non significat extra+, multo mi/nus significant intus.

5.8) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 90rb

Verbum differt per hanc differentiam, id est **consignifi/cat tempus**(7.1), et per hoc aliud: **et**(7.5) verbum **semper** id est omne

---

170 Intellectus] intellectum *B*

171 +sed - compositionem+ *i.m. dextr. add. B*

172 significat] sic. *B*

173 +sed - extra+ *i.m. dextr. add. B*

secundum speciem **est nota** / id est significativum **eorum** id est accidentium **quae praedicantur de subiec/to**[174]. **[]** M. A. hoc modo dicit. Hoc verbum, id est '**est**', **semper nota** id est copula / **eorum quae praedicantur de altero** id est universalium. **[]** M. P. sic. Verbum, id est hoc / nomen 'verbum', **est nota** id est appellativum **eorum** id est verborum **quae** / **praedicantur de altero**.

5.9) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 90va-vb, cf. De Rijk 1966 p. 45

Verbum semper consi/gnificat tempus(7.1).

Opponitur. 'Deus fuit ante saecula'. Hoc verbum 'fuit' / non consignificat tempus. De praesenti et futuro est manifestum. Praeteri/tum non consignificat, quia praeteritum est quod / fuit post originem temporis, sed hoc verbum 'fuit' non consignificat quod fuit post originem, ergo non **|90vb|** consignificat praeteritum.

Quidam dicunt quod / nulla verba, cum praedicatur de deo, consignificant / tempus; similiter nomina, cum `de´ deo praedicantur, non significant / qualitatem. +Quod[175] autem dictum est "nomen significat qualitatem"+, hoc est intelligendum cum praedicantur de creatura. / Verbum consignificat tempus cum de creaturis praedicatur. Indi/viduum consistit ex proprietatibus, quod est creatura. Individuum / participat g(enee) <et> s(pecie), quod est creatura. Substantia est subiecta acci/dentibus; sed deus est sub(stantia), non tamen est sub(iectus) ac(cidentibus). Et ita regulae dia/lecticorum et grammaticorum in dividua substantia <non valent>.

Dicit m. A. quia ter/mini, cum praedicantur de deo, mutant significationem. Cum enim dicitur / 'deus fuit ante saecula', est sensus: deus habuit existentiam ante saecula, / ita ut nulla sit discretio temporis nec in hoc verbo 'habuit' neque in / hoc ad`ver´bio 'ante'. Et 'fuit' consignificat tempus, sed non ubique. Similiter / cum dicitur 'deus est substantia', sensus est quod deus sit id per quod omnia sunt.

Verbum con/significat tempus. Ergo illud in quo profertur vel aliud. Aliud non. Et significat / illud in `quo´ profertur. Ergo aut omne aut nullum. **[]** Concedit m. P., hac o/ppositione coactus, quod haec propositio 'Socrates legit' aliud significat cum profer/tur in hoc tempore et aliud cum profertur in alio tempore. Unde propositio tot habet si/gnificationes quot sunt diversitates temporum in quibus profertur; et

---

174 subiec/to *sic B*, *sed fortasse* altero(7.5) *legendum*

175 +Quod - qualitatem+ *i.m. sup. add. B*

u/numquodque verbum refertur ad illud instans quod antecedit prolationem. / **[]** Quod autem hoc sit falsum, alibi demonstrabitur.

Dicimus tamen quod verbum / consignificat tempus, non tamen aliquod tempus, quia consignificare tempus non est / consignificare quid, sed qualiter, et est sensus: consignificat tempus, id est temporaliter. / Similiter consignificat praesens, id est prae`se´ntialier; praeteritum, id est prae/terite; futurum, id est future.

5.10) H17, Berlin lat. fol. 624 ff. 90vb-91ra, cf. De Rijk 1966 pp. 45-46, on the definition of *oratio*
cf. 17.1), 32.1)

Videtur quod a/ut haec definitio sit insufficiens aut definitio Boethii sit superflua, quia in / definitione Boethii[176] est "ad placitum", sed in illa non. **[]** Ad quod dicendum est quod in utra/que definitione `est´ "ad placitum", quia cum Aristoteles dixit **ut dictio**, tunc demon/stravit "ad placitum", quia esse significativum ut dictio est esse ad placitum. / Hoc nomen 'dictio' est aequivocum. Dicitur dictio, id est simplex vo(x), / ut est no(men) vel v(erbum). Dicitur <etiam> dictio, id est affirmatio. Ad demonstrandum in quo hic / acciperetur in definitione orationis 'dictio', ideo subiunxit[177]: **non ut affirmatio**(7.21) / id est hoc nomen 'dictio' non accipitur hic pro[178] affirmatione.

Opponitur. 'De / domo' est oratio, quia aliquid partium cum 'est' significativum ut dic(tio); / et non est oratio, quia partes eius non significat ad placitum. **[]** M. P. dixit qui/a definitio Aristoteris convenit omnibus orationibus, definitio Boethii non. **[]** M. Al. dixit quod / utraeque definitiones sunt pares. Et haec vox 'de domo' et similes non sunt / voces significativae, et ideo non sunt orationes, quia sicut ex coniunctione / et nomine nulla constituitur oratio, ut dicatur 'et homo' 'ergo / homo', sic ex nomine et praepositione nulla constituitur **|91ra|** oratio, ut dicatur 'de domo' 'in domo'.

5.11) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 91ra, cont. to 5.9) above

---

176 inH1 p. 71.xxxxx: Est autem integra definitio orationis: haec: Oratio est vox significativa secundum placitum, cujus partes aliquid extra signficant.

177 subiunxit] subiucx() *B*

178 pro] p(ropri) *B*

Syllogismus est o/ratio, ergo est vox cuius aliquid partium non significat ut affirmatio. / Probatur quod sic: Quia propositio, cum sit eius pars, / significat ut affirmatio. [] Solutio. Particulariter dictum est **cuius aliquid** / **partium**(7.20), et non est dictum "cuius nihil partium".

Similis oppositio / et solutio est de omni argumentatione et hypothetica propositione.

Qui/dam dicunt quod omnis ar(gumentatio) est hypothetica ratio<ci>nativa, distin/guentes species[179] propositionum secundum species[180] coniunctionum, quia sicut coniuncti/ones quaedam sunt adversativae, quaedam approbativae, sic propositiones / 'Socrate est animal, est enim homo' haec est approbativa, 'Socrates servit[181], Plato tamen / habet eum odio', haec est adv(ersativa), et sic in aliis. [] Et omnis syllogismus si/g<nifi>cat tantum unum, id est conclusionem sequi ex praemissis. /

Dicit m. A. quod tres sunt species[182] coniunctionum, secundum quas distingui/tur s(pecies) hypotheticarum propositionum, ut co(niunctiva), causa(tiva), dis(iunctiva), ~~et quaedam adverbia 'cum' 'dum'~~. / [] Et omnis syllogismus significat quatuor: significatum propositionis, as(sumptionis), et co(nclusionis), et con(clusio) / necessario ex praemissis. Et quod syllogismus significet id quod propositio, auc/toritate Aristotelis[183] probatur. Syllogismus enim est f(alsus) propter <pro>posita, ergo syllogismus / significat illud quod propositio. [] Si vero fiat oppositio 'syllogismus est propositio, / ergo est categorica vel hypothetica', dicendum est quod haec divisio est de una propositione, unde non se/quitur; vel dicatur quod syllogismus sit hypothetica propositio, non conditionalis, sed compo/sita. [] Si vero quis argumentetur sic 'syllogismus est propositio, ergo potest esse / conclusio', non sequitur, quia maxima est propositio, non tamen esse co(nclusio).

Dicit / m. P. quod syllogismus est oratio, non sicut definit Aristoteles et Boethius, sed dicitur oratio, id est / collectio orationum. [] Dicit m. A. quod syllogismus `proprie´ est oratio, sicut Boethius et Aristoteles / definiunt[184], quia orationem definiunt gratia syllogismi.

---

179 species] sp(iritu)s *B*

180 species] sp(iritu)s *B*

181 servit] s(ecundum) uiu() *B*

182 species] sp(iritu)s *B*

183 Anal. Pr. II-18, 66a17-20, Arist. lat. III 1-4, p. 128.10-12, "Ergo si ex duabus quidem <est syllogismus>, harum necesse est alteram aut etiam utrasque esse falsas; nam ex veris non erat falsus syllogismus".

184 definiunt] diffin(it) *B*

5.12) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 91rb

D`i´visa / enumeratione, agit de partibus Aristoteles, definiendo: **Autem**(8.20) id est / sed **oratio enuntiativa una est quae significat** id est enuntiat **unum** praedicatum, / rem scilicet <vel> terminum unius significationis de uno subiecto termi/no vel re, **vel una coniunctione** id est hyothetica.

M. P. sic. **Una quae** / **significat unum** dictum de uno, id est voce una, quia sunt / quaedam propositiones significantes unum, sed non voce una, ut 'Tullius / est animal' 'Marcus est animal' 'Cicero est animal'; ideo dictum est **de uno**. /

5.13) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 91rb-va, cont. to 5.11)

Autem(9.1) id est sed, illa propositio est **plures quae** significat **plura** / praedicata vel subiecta, **et non unum** tantum **vel |91va| inconiunctae** id est divisae. Et no`ta´tur talis divisio: plu/rium propositionum aliae sunt coniunctae in una voce, / ut 'canis est animal'; aliae sunt divisae, ut 'Socrates est homo' 'Plato est animal'. /

M. P. sic. Propositio **plures** est **quae** significat **plura** dicta **et non u/num** id est ita quod nullum illorum. Et facit differentiam inter multipli/cem et illam quae est plures, quia ita multiplex significat plura / quod unumquodque illorum, ut 'canis est animal'; sed plures ita plu/ra significat quod non potest reduci ad unum illorum significan/dum, ut 'chimaera quae currit est pulcra'.

Nos dicimus quod propositio plu/res indifferenter accipitur pro multiplici et convertitur. Et / haec locutio, scilicet 'propositio est plures', in proprio sensu est fal(sa); sed dicitur / aliqua propositio plures, id est habet sensum plurium.

5.14) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 91va, cont. to 5.12)

Et, quia tantum propositio / significat verum, ergo **nomen et v(erbum) sit dictio sola**(9.2) id est non signifi/cet verum neque fal(sum), **quoniam significante<m> aliquid sic** id est nomine vel ver/bo **non est** id est contingit **dicere enuntiare voce** id est facere enun/tiationem quantum in voce.

M. P. sic. **Quoniam** aliquem **si/gnificantem aliquid non est**

dicere enuntiare sic voce id est tali vo/ce, id est qui tantum profert nomen vel verbum, non enuntiat.

Sed opponitur / ei. Socrates interrogat 'quid agit Plato?', ille autem respondet 'legit'; / videtur enuntiant. [] Quod sic solvitur. Hoc verbum 'legit' refertur / ad praecedentem dictionem, id est 'Plato'; et est sensus: Plato legit.

Vel aliquo in/terrogante vel non(9.3) id est sive aliquis interroget sive non, **sed ipso pro/ferente** id est sive ipse proferat sine interrogatione.

5.15) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 92ra, ed. De Rijk 1957 p. 620.2-22, among the discussion of **Dico autem opponi eiusdem de eodem**(9.17)

Demonstrat / Boethius[185], ubi aequivocatio impedit contra(dictionem), ut[186] hic 'Cato occidit se Uticae' ``Cato non oddicit se <Uticae>[187]''´, pro Uticen/si et Censorino potest dici.

Quidam hac auctoritate / dicunt quod, ubi aequivocatio est, non potest esse contradictio.

Sed m. A. probat sic. [] Hae / propositiones 'omnis canis est animal' 'quidam canis non est animal' [Soc(rates)[188]] sunt tales / quae[189] earum una est universalis affirmativa, altera particularis negativa, de e/odem subiecto ter(mino) et p(raedicato) et eadem re subiecta[190] et p(raedicata); ergo contradictoriae[191] sunt. [] Similiter, / cum dicimus 'haec propositio "omnis canis est animal" est vera, ergo haec "quaedam canis non est / animal" est falsa', hic est aliquis locus, et non alius quam[192] a contradictione. [] Item, si concedatur / quod in aequivocatione non sit contradictio, paucae erunt / di(alecticae) disputationes, quia di(alectica) / dis(putatio) non potest esse sine contradictione[193], sed nulla con(tradictio) potest esse in aequivocatione, ergo nul/la di(alectica) dis(putatio); quod est inconveniens. [] Item auctoritate Aristotelis probatur. / Dicit Aristoteles[194]: "Si quis in a(mphibologia) et aequivocatione [si][195] ad idem

---

185 inH2 pp. 130.16-131.6
186 ut *lexit De Rijk*, v *B*
187 <Utice> *tacite addidit De Rijk*
188 Soc(ra)(tes) *B*, *expungendum censeo*, *neglexit De Rijk*
189 q(uae) ear(um) *B*, quorum *lexit De Rijk*
190 subiecta *lexit De Rijk*, sub(stanti)a *B*
191 contradictoriae sunt *correxit De Rijk*, soc(ra). s. *a.c. et* s(unt)oc(ra). ÷ *p.c. B*
192 quam] (er)g(o) *B et De Rijk*
193 contradictione *lexit De Rijk*, co[c]t(ra). *B*
194 SE.17, p. 36.16-17: Si vero dividens interrogasset aequivocum aut amphibolum,

respiciat, erit el(enchus)"; ergo in / aequivocatione est contradictio.

Hoc modo Boethium de<ter>minamus. Aequivocatio impedit contradictionem, non quod re/moveat, sed obscurat vel obnubilat, quia est dubium / pro quo dicatur.

5.16) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 92ra, cont. to 5.14), ed. De Rijk 1957 p. 630.24-32

Univocatio impedit, ut 'homo ambulat' 'homo non / ambulat' pro particula<ri>[196] homine vera est, pro speciali f<als>a[197] est. /

Dicit m. P.: Legi et relegi Elenchos, sophisma univo/cationis non inveni. Respondet m. A.: Bene dixisti quod `non´ inveni/sti, quia non intellexisti.

Sed nos dicimus quod uni(vocatio) continetur / in secundo modo aequivocationis; et quod Boethius dixit sophi(sma) uni(vocationis), Aristoteles dixit secundum quod so/liti sumus dicere aequi(vocationem).

Cf. H8 400.33-36: Memini tamen quendam me libellum vidisse et diligenter relegisse, qui sub nomine Aristotelis "De sophisticis elenchis" intitulatus erat, et cum inter cetera sophismatum genera de univocatione requirerem, nil de ea scriptum inveni.

5.17) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 92va, ed. De Rijk 1957 pp. 623.20-624.27

Diversus modus impedit / contra(dictionem), ut 'catulus videt' 'catulus non videt', 'ovum / est animal' 'ovum non est animal'.

Opponitur. Catulus videt, qui/a videt potestate. (A[198] simili: Socrates currit, quia currit / potestate). Item ovum est animal, quia est animal potestate. (A simi/li: Socrates est episcopus, quia est episcopus potestate). [] Item[199] probatur quod di/versus modus est in omnibus propositionibus, quia qua ratione hoc verbum 'videt' / et 'est' accipitur ad actum et potestatem, eadem ratione `omne´ verbum. /

Quidam solvunt hoc modo. Socrates est episcopus potestate vel Socrates potest / esse episcopus, id est hoc dictum est possibile, scilicet

---

non dubius esset elenchus.

195 si *B*, *expunxit De Rijk*

196 particula<ri> *correxit De Rijk*, particula *B*

197 falsa *lexit De Rijk*, fa. *B*

198 A simili etc *is a solution of the* oppositio *by the author*

199 Item etc *is another* oppositio

‘Socratem [posse[200]] esse episcopum’. Sed / Socrates non potest esse episcopus potestate facultatis.

Nos dicimus / quod Socrates est episcopus potestate naturae, non facultate. Sed pote/state[201] alia est iuxta actum, alia est remota ab actu. Illa / est iuxta actum, quando[202] aliquis iam est [est] electus episcopus. Et tunc est episcopus / potestate iuxta actum; unde conceditur quod sit episcopus.

Illi op/positioni, per quam probatur quod diversus modus sit in omnibus propositio/nibus, sic respondendum dicimus quod tunc est diversus modus / quando verbum coniungitur alicui termino ex quo fiat diver/sus modus. Verbi gratia, ut cum dicimus ‘catulus videt’, hoc verbum ‘vi/det’ iungitur huic termino ‘catulus’; et inde habet `esse´ diversus modus. / Similiter, quando hoc verbum ‘est’ iungi huic termno ‘ovum’, habet / inde diversus modus.

<Item[203]>. ‘Catulus videt’ ‘catulus non videt’. Hoc verbum[204] ‘vi/det’ aut accipitur in eodem[205] sensu aut in div<er>so[206]. Si accipitur / in eodem, ergo illud quod praedicatur in prima praedicatur etiam in secunda; sed / illud aut est totum aut par quantum ad subiectum; / et removetur ab eo; ergo quod est totum vel par, est / oppositum eidem, <quod[207] est inconveniens>. Si accipitur in / diverso sensu, ergo sig(nificat) plura, / ergo ibi est aequivo(catio), ergo diversus mo(dus) / non convenienter ponitur post aequi(vocationem). /

Quidam dicunt quod totum vel par alicuius / praedicatur et potest removeri ab e/odem secundum diversam partem vel relatum vel / modum vel tempus, ut infinitum est totum / quantum ad mundum, et removetur ab eo, sic / mundus non est infinitus numero.

Dicit m. A. quod aliquid non prae/dicatur et removetur ab eodem simul, et hoc verbum ‘videt’ ali/ud sig(nificat) in prima et aliud in secunda. [] Et ibi est aequivo(catio), `ergo non´ convenienter di(versus) / mo(dus) ponitur post aequi(vocationem). [] Quod sic solvit. Aequi(vocatio), id est multiplici/tas dictionis; et in hoc sensu di(versus) mo(dus) est

---

200 p(os)se *B et De Rijk*, *expungendum censeo*

201 potestate alia *correxit De Rijk*, pote/statelia *B*

202 q(ua)n(do) aliq(ui)s ia(m) e(st)] alia e(st) remota *a.c. B*

203 <Item> *addidi*, <Opponitur> *addidit De Rijk*, *but to my interpretation this passage is part of* ‘Nos dicimus’

204 verbum *lexit De Rijk*, ubu *B*

205 eod(em)] ead(em) *a.c. B*

206 di<ver>so *correxit De Rijk*, diuso *B*

207 <quod est inconveniens> *addidi*

aequi(vocatio). Dicitur <etiam>[208]: aequi(vocatio), id est mul/tiplicitas dictionis propria `vel impropria´ quae non fit secundum di(versum) mo(dum); sed di(versus) mo(dus) / est aequi(vocatio) quae fit ex diversitate modorum.

5.18) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 92va-vb, cont. to 5.16), ed. De Rijk 1957 pp. 624.29-624.15

Diversum tempus impe/dit contra(dictionem), ut 'Socrates ambulat' 'Socrates non ambulat'.

Videtur quod in omnibus / propositionibus diversum tempus impediat contra(dictionem), quando una profertur prius al/tera, nisi proferantur simul. **[]** Ad quod dicendum est quod non quodlibet[209] di/versum tempus impedit contra(dictionem); sed illud cuius pars praeteriit, cuius pars / est in i<n>stanti[210], cuius est pars futura, etiam et quamvis una proferatur prius / altera, t<ame>n[211] proferuntur in eodem tempore. **[]** Item. Si proferantur / in diversis temporibus 'Socrates ambulat' 'Socrates non / ambulat', tamen probatur quod sint contra<dictoriae>[212], quia sunt **|92vb|** singulares, quarum una est affirmativa, altera negativa, de eodem / subiecto et praedicato; ergo sunt contra(dictoriae).

Quidam addunt <'in[213] eodem tempore'>, ita quod referant / ad idem tempus. **[]** Sed m. A. concedit has propositiones 'Socrates ambulat' / 'Socrates non a<m>bulat[214]' esse contra(dictorias). Sed diversum tempus impedit contra(dictionem), non quod illae / non sint contra(dictoriae), sed i<m>pedit[215] di(versum) tempus contra(dictionem), id est actionem contradicendi, quia si / quis dicat 'Socrates ambulat' et alius dicat 'Socrates non ambulat' in alio tempore, / non habet iste actionem contradicendi ei.

Possumus tamen ponere propositio/nes, in quibus di(versum) tempus impedit contra(dictionem), sed ibi est aequi(vocatio), ut 'Socrates

---

208 <etiam> *addidi*

209 quodlibet *lexit De Rijk*, p(ro)lib(et) *i.t. et s.l. add.* q(uo)dlib(et) *B*

210 i<n>stanti *correxit De Rijk*, ista(n)ti *B*

211 tamen *lexit De Rijk*, tn *B*

212 contradictoriae *lexit De Rijk*, c˜c *pro* contra *B*

213 <in eodem tempore> *addidi*, <'hocie'> *addidit De Rijk*

214 ambulat *lexit De Rijk*, abulat *B*

215 impedit *lexit De Rijk*, iped(it) *B*

legit' 'Socrates / non legit'; +'legit'+[216] enim refertur ad praesens et ad praeteritum. Similiter 'Socrates ~~pergit~~[217] / Romam[218]' 'Socrates non ~~pergit~~ Romam'.

5.19) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 93va-vb, cf. De Rijk 1966 p. 49

Una autem affirmatio est(12.15), ut '**quidam homo / est albus', si 'album' significat unum**(13.1) cum tali constantia quod illa / propositio non significet plura secundum se totam, nec subiectus terminus / significet plura. Sed si **unum nomen est positum duobus**(13.2) / id est vice duorum nominum, ut hoc nomen 'canis' est positum vice / huius nominis 'latrabile' et 'caeleste', vel **duobus**(13.2) id est duabus / rebus, **ex quibus non est unum** id est non constituitur unum; **non |93vb| est una aff<irm>atio, ut si quis ponat** hoc **nomen 'tunica' homini / et equo**, et dicat **'tunica est alba'**, **haec non est una affirmatio <u>nec negatio una</u>**. / **Nihil <enim hoc> differt**[219] **dicere quam 'equus est albus' et 'homo est albus'**. /

Opponitur. Qui dicit 'tunica est alba', potest[220] tantum dicere hoc, scilicet hominem esse / album; sed qui dicit 'homo est albus' et 'equus est albus', non potest tantum dicere / hominem esse album; ergo multum differt[221] dicere. **[]** Dicit m. P. quod, si hoc no/men 'tunica' homini et equo <ponitur> ita quod ulli illorum, nihil differt[222] dicere / 'tunica est alba' quam 'homo est albus' et 'equus est albus', quia haec propositio, / scilicet 'tunica est alba' ita est multiplex quod non potest reduci ad unum / sensum. **[]** Sed m. Al. dicit quod stulta esset talis impositio; sed nihil / differt[223] dicere quantum univoce, sed[224] quantum ad <u>prolationem</u> / multum <differt>, quia ille, qui proferet 'tunica est alba', potest significare <u>unum</u> / illorum tantum; sed ille, qui prof<e>ret 'homo est albus' et 'equus est albus', non potest / significare unum tantum.

---

216 leg(it) *i.m. med. add. B*
217 p(er)g(it) *sic B et De Rijk, but the perfect of* pergo *is* perrexi *not peri!?*
218 Romam *lexit De Rijk*, roma *B*
219 differt] diffr(et) *B*
220 potest] p^{t}o *B*
221 differt] diffr(et) *B*
222 differt] diffr(et) *B*
223 differt] diffr(et) *B*
224 s(ed)] n(on) *a.c. B*

Quare nec in <h>is(13.10) id est multiplicibus / necesse est hanc quidem contradictionem esse veram, illam vero / falsam.

Opponitur. Si haec propositio multiplex, scilicet 'omnis canis est', determinate / vera; et haec est multiplex 'quidam canis non est animal' est falsa; ergo / multiplicibus nec esse est hanc contradictiones esse / veram et alteram esse falsam. **[]** Solutio. In his, quae sunt multi/plices, necesse est, si una est vera, quod alia sit falsa; sed non in sen/su multiplicitatis.

5.20) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 94rb-95rb

Et magis quidem alteram veram(17.20) videri contingit. /

[0] Propositionibus de futuro non simpliter contingit p<rae>dicta proprie/tas, quia convenit eis indeterminate, et convenit determi/nate propositionibus de praesenti et praeterito. Propositio de praesenti et praeterito / determinate vera est, quia eventus earum non potest impediri quin / non fuerint verum. Et illa de futuro vera est determinate, / cuius eventus non potest impediri quin non contingat[225] in / futuro, ut sol orietur cras; et illa est falsum determinate, cuius / eventus non potest contingere, ut Socrates erit asinus. Illa ind/eterminate est vera vel falsa, cuius eventus potest esse et non esse.

[1] Sed / non videtur Ar(istoteles) argumentari convenienter, scilicet ut si propositio / de futuro determinate est vera vel falsa, ergo omne quod erit[226] ex ne/cessitate erit[227] et omne quod non erit ex necessitate non erit, quia pro/positio de praesenti et praeterito determinate est vera vel falsa, non tamen[228] / omne quod est ex necessitate est, nec omne quod non est ex / necessitate non est.

[2] Solutio. Hoc adverbium 'determinate' aliud significat / iunctum cum propositione de praesenti et praeterito, et aliud iunctum <cum> / propositionibus de futuro. Cum dicimus 'propositio de praesenti et praeterito de/terminate est vera', id est eius eventus non potest impediri quin / non fuerit verum; unde non sequitur quod ex necessitate sit vel f/uerit. Sed, cum dicimus 'propositio de futuro determinate est vera', id est / eius eventus non potest impediri ut non contingat in / futuro; unde non sequitur quod ex necesitate erit. Propositio de praesenti / determinate vera est, cuius significatio non pendet ex futuro. / Et sic dicimus quod haec

---

225 contingt] contotingat *B*

226 erit] erat *B*

227 erit] erat *B*

228 tamen] t(antu)m *B*

argumentatio ponatur secundum Aristotelem.

[3.0] Vel dicamus / quod sit posita secundum Stoicos, qui dicebant omnia contingere / ex necessitate, co<n>stricta divina providentia et fato, ser/vantes tamen[229] liberum arbitrium et casum et facilitatem na/turae <et utrumlibet>.

[3.1] Sed, ut hoc melius pateat, videndum est prius (1) quid sit / divina providentia et (2) quid fatum et (3) quid liberum arbitrium et (4) quid casus **l94val** et (5) facilitas naturae et (6) quid etiam utrumlibet.

(1) Divina providentia est dei / scientia, qua providit omnia futura evenire eo ordine quo e/venient[230] et non futura non evenire. Scientia quaedam est de praesentibus, / quaedam de futuris, quae dicitur providentia; de praeteritis non est scientia, sed m/emoria.

(2) Fatum[231] est divina dispositio[232] ad<h>aerens mobilibus re/bus ex divina providentia. Mobilibus rebus ad<h>aeret, id est fa/talibus, quia quae provisa sunt a fato, ordinantur eo modo quo / sunt provisa. Unde fatum dicitur esse quasi famulus providentiae. /

Et est sciendum quod fa(tum) et divina providentia non est nisi in rebus / mobilibus, id est in rebus quae prius potuerunt esse quam sint; / sed in necessariis non, ut ~~deum[233] esse pium~~, deum esse iustum, quia dicitur pro/videntia quasi porro videntia, sed ~~deum esse pium non potuit esse / prius~~; unde nulla est providentia in talibus.

(4) Casus est inopinatus / rei eventus ex diversis causis confluens propter aliud in/ceptis, sicut quando aliquis fodiens agrum invenit thesaurum, / inopinatus fuit, quia non ideo fodiebat ut putaret se / invenire thesaurum; ex diversis causis contigit, quia ex hoc quod / fodiebat et ex hoc quod ille reposuit; propter aliud inceptis, quia / iste incepit ut coleret terram, ille vero reposuit ut sibi / servaret.

Non videtur semper quod sit inopitatus rei eventus, / ut quando nantes[234] ex adverso venientes collidunt se, tunc utri/que est inopinatus[235]. Quod sit casus, auctoribus[236] probatur. Movet[237] un/da fortuitos

---

229 tamen] t(antu)m *B*

230 evenient] e/ueniu(n)t *B*

231 Fatum] Fatuu(m) *B*

232 dispositio] dispo(si)i(t)o *B*

233 deum] d(e)i *B*

234 nantes] nanes *B*

235 inopinatus] opinio *B*

236 auctoribus] auto(r)irib(us)(!) *B, vide Boethius, Consol. Phil.* V. met. 1.8: mixtaque fortuitos implicet unda modos.

237 Movet] *lectio incerta*, mouet(?) *p.c. et* moued(?) *a.c. B*

modos[238], ergo est ibi casus. **[]** Solutio. Dicitur inopin/atus, non quod opinio non fit de eo; sed dicitur inopinatus quan/tum[239] ad contrarias inceptas, quia iste incepit tunc ut iret Vene/tiam, ille vero ut iret Anconam.

Dicit m. P. quod hoc nomen 'casus' / habet adverbialem significationem, quia cum dicitur 'hoc fit casu', id est / casualiter; et sic non habet aliquam appellationem. Dicit m. A. / quod hoc nomen 'casus' appellat illam proprietatem secundum quam inventio[240] / dicitur casualis.

(3) Liberum arbitrium est liberum de voluntate / iudicium, quia deus dedit hominibus potestatem discernendi[241] / bonum et malum, et libere exsequendi[242] quodlibet. **[]** Liber(um) ar(bitrium) in / quibusdam est liber(um), et in quibusdam est liberimum, et in quibus/dam vero fere extinctum. In illis est liberum, qui discernunt / bonum et malum, et possunt facere quod volunt, ut sunt illi / qui non gravantur pondere peccatorum. In illis est liber/rimum, qui discernunt bonum et malum, tamen assequuntur / bonum cum maxima voluntate, ut sunt eremitae. In / illis est fere extin<c>tum, qui discernunt bonum et malum, / tamen[243] coacte consequuntur malum, ut su<n>t desperati.

(5) Na/turae facilitas est proprietas naturalis secundum quam aliquid non potest re/sistere suo incommodo, quae est in calamo[244]. ~~Consilium / est excogitata ratio faciendi[245] vel non faciendi[246] aliquid~~. (6) U/trumlibet est quod potest esse et non esse.

[3.2] Stoici dicebant omnia / contingere ex necessitate con<s>tricta divina prov/identia et fato, servantes tamen casum et liberum arbitrium, / et fa(cilitatem) <naturae> et ut(rumlibet), referendo haec ad opinionem nostram et po/nendo necessitatem in rebus. **[]** Casum hoc modo servabl**94vbl**ant, ut si quis exiret civitatem et inveniret[247] amicum suum, / necessarium erat invenire amicum suum tunc et in tali loco; / et casus fuit

---

238 modos] motos *B*
239 quantum] qu/t()m *B*
240 inventio] inn()cio *B*
241 discernendi] discerned' *B*
242 exequendi] a seq(ue)n *B*
243 tamen] t(antu)m *B*
244 *Cf.* H15: Facilitas naturae est aptitudo quaedam quam res habet ad aliquid commode re/cipiendum vel incommode, ut calamus[244] habet aptitudinem ut facile pos/sit frangi. ...
245 faciendi] faciend' *B*
246 faciendi] faciend' *B*
247 inveniret] inuenire (et) *B*

quantum ad opinionem utriusque, quia neuter illorum / credebat se invenire alterum. **[]** Libe(rum) ar(bitrium) sic servabant, / ut quando aliquis interficit suem, necessarium est ipsum interficere suem / tunc et <in> tali loco; tamen[248] fuit ibi libe(rum) ar(bitrium), quia antequam[249] / interficeret, videbatur sibi quod posset facere et non. Sim<i>/liter de aliis.

[3.3] Sed Aristotelis opponit, non secundum stultam opinionem / illorum, sed secundum veritatem et rectum sensum verborum. Deus providit / omnia futura evenire eo modo quo evenient[250], et non futura non / evenire eo ordine quo non evenient; providentia dei / falli non potest; providentia dei nec augeri nec diminui potest / nec variari. **[]** His regulis, quibus nemo veterum refr/agatus est, probant Stoici omnia contingere ex necessi/tate, hoc modo. Si deus providit omnia, et illa non possu<n>t / non evenire, quia providentia falli non potest; et si illa non pos/sunt non evenire, necesse est illa evenire. Sed deus providit / omnia, ergo necesse est omnia evenire. Ergo omnia eveni/unt ex necessitate. Quod generaliter probatum est. Potest etiam probari in p/arte, ut si deus providit Socratem lecturum, necesse est Socratem / legere; ergo Socratem leget ex necessitate. **[]** Solutio. Istae argumenta/tiones habent falsam secundum amphi(boliam) vel divisionem. Haec propositio 'si / deus providit omnia, necesse est omnia evenire' est falsa, / si necessitas referatur ad consequens, et fit sensus: si / deus providit omnia, id est si haec propositio est vera, scilicet 'deus providit omnia', / necesse est omnia evenire, id est haec alia est vera, scilicet 'necesse est / omnia evenire'. Sed si referatur ad totam consequentiam, est / vera, et fit sensus: si deus providit omnia, necesse est eve/nire, id est si deus providit omnia, illa eveniunt ita quod non possunt / simul esse haec[251], scilicet 'deum providere' et 'illa non evenire'. Similiter / si deus providit Socratem lecturum, necesse est Socratem legere, id est si deus / providit Socratem lecturum, Socrates leget ita quod haec simul esse non pos/sunt, scilicet 'deum providere Socratem lecturum' et 'Socratem posse[252] non legere', quia / deum providere Socratem lecturum et Socratem posse[253] non legere divisim / vera sunt, sed simul iungi non possunt, quia dicit Boethius[254]: "Quaedam / sunt quae per se sunt vera, sed iuncta ~~iugo()i~~ non possunt". **[]** Similiter / demonstratur. Si deus providit

---

248 tamen] t(natu)m *B*

249 antequam + [int(er)fe/ciss(et) *p.c. et supra* -fe- *add.* -i- *B*

250 euenient] eueniint *a.c. B*

251 haec] h(oc) *B*

252 posse *sic B*, *sed fortasse expungendum?*

253 posse *sic B*, *sed fortasse expungendum?*

254 *Ubi?*

aliquam rem, et ipsa non potest aliter / evenire, id est si deus providit rem et ipsa non potest alio modo evenire / divisim ab eo modo quo provisa est; hoc est falsum, quia alio modo potest / evenire divisim. Sed, si dicatur 'si deus providit rem, ipsa / non potest alio modo evenire coniunctim', verum est, id est non potest simul / esse, scilicet deum providere rem et ipsam non evenire. **[]** Similiter / determinantur argumentationes Aristotelis[255], scilicet "omnis affirmatio [e] vel negatio / est vera vel falsa, necesse est omne esse vel non esse", id est si haec propositio / est vera 'omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa', et ista alia est vera, / scilicet 'necesse est omne esse vel non esse'; hoc est fal(sum). Sed si dico: / si omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa, omne esse vel non esse con/iunctim est necesse, non tamen[256] esse est necesse neque **l95ral** non esse est necesse. **[]** Vel sic. Si omnis affirmatio de futuro[257] quae vera est / est vera, necesse est omne futurum esse coniunctim, sed non divisim. / Et si omnis nega(tio) de futuro quae est vera est vera, necesse est omne non / futurum esse non futurum coniunctim, sed non divisim. **[]** Similiter. / Si aliquis veraciter dicat aliquid esse futurum, necesse est illud esse / futurum, id est si aliquis veraciter dicat futurum, non potest esse quod verac/iter dicat et illud non possit esse `non´ futurum <coniunctim, sed non divisim>.

[3.4] Et sic Soicorum se<n>/tentia[258] fuit falsum, qui dicebant omnia esse ex necessitate; / sed Peripateticorum fuit vera, qui dicebant quaedam esse ex ne/cessitate, quaedam casu, quaedam liber<o> arbitrio.

[4.0] Est etiam / sciendum quod res provisae a deo ita evenient sicut provisae / sunt ~~et nominaliter~~, quamvis aliter possint evenire.

[4.1] Dicit / 𝕞. ℙ. quod deus non potest providere aliud quam providit, nec scire / aliud quam scit, quia omnia providit, omnia scivit ab aeterno; / et postquam providit, unde non potest providere suum contrarium; et po/stquam scit unum, non potest scire contrarium, quia iam dei provi/dentia variaretur.

[4.2] Dicit 𝕞. 𝔸. quod deus potest providere quod non / providit et potest non providere quod providit, et potest scire quod non scit / et potest non scire quod scit.

Fiat positio quod Socrates sit lecturus cras, / et fiat talis argumentatio. Si Socrates non leget cras, deus providit Socratem / non

---

255 H p. 13.18-14.1:

256 tamen] t(antu)m *B*

257 futuro] soc(rate) *B*

258 se<n>tentia] [s]se/tencia *B*

lecturum cras, quia quicquid[259] contingit, deus providit. Sed / Socratem non lecturum cras est possibile, quia contradictorium eius, / scilicet Socratem lecturum cras, non est necessarium, quia Socrates non leget cr/as necessario. Ergo Socratem non lecturum cras est possibile. Ergo potest / contingere vel ita quod deus sciet vel non. Si deus non sciet, ergo / deus non potest esse scitor omnium; sed hoc, scilicet 'Socratem non lecturum cras', / quidam stultus potest scire; ergo aliquis stultus potest scire quod deus non / potest scire. Sed, si deus potest hoc scire, ergo quiddam potest / scire quod non sciebat. **[]** Item, retenta positione, sit `t´alis ar/gumentatio. Si Socrates non leget cras, deus providit Socratem non le/cturum cras. Sed Socrates non leget cras. Haec assumptio[260] fal(sa) est, tamen[261] / est possibilis, quia eius contradictoria non est necessaria, scilicet / 'Socrates leget cras'. Ergo deus providit Socratem <cras> non lecturum. Haec conclusio, scilicet / 'deus providit Socratem cras non lecturum', infertur ex hac vera[262] / propositione, scilicet 'si Socrates non leget cras, deus providit Socratem non lectu/rum cras', et ex <h>ac possibili, scilicet 'Socrates non leget cras'. Ergo haec conclusio, / scilicet 'deus providit Socratem non lecturum cras', est possibilis, quia quaecumque / propositio infertur ex possibilibus, ipsa est possibilis. Ergo potest / contingere. Ergo deus potest illud providere. Ergo quiddam deus potest providere quod / non providit. **[]** Et probatum quod deus potest scire quod non scit[263], et providere / quod non providit.

Modo est probandum quod deus potest non scire quod scit, / et non providere quod providit. **[]** Deus scit Socratem legere. Et hoc potest non / scire, quia hoc potest non esse et cras non sciet hoc, quia hoc non erit / cras. Ergo deus non sciet hoc cras. Ergo deus potest non scire quod scit. / **[]** Item deus providit Socratem lecturum, et hoc potest non esse, ergo deus potest illud / non providere. Ergo quiddam, quod providit, potest non providere.

[4.3] Sed obicitur. / Si deus potest scire quod non scit, ergo scientia dei potest augeri; et si / potest non scire quod scit, ergo scientia dei potest diminui. **[]** Solutio. Non / sequitur 'si deus potest scire quae non scivit ab aeterno, ergo scientia **|95rb|** dei potest augeri', quia quamvis deus sciat quaedam quae non / scivit ab aeterno, non tamen[264] plura, quia cum

---

259 quicquid] q(ui)dq(ui)c *B*
260 assumptio] asu(n)cio *B*
261 tamen] t(antu)m *B*
262 vera] u()na *B*
263 scit] fit *B*
264 tamen] t(antu)m *B*

deus scit aliquid, eo non / existente recedit a scientia dei, quia deus non scit nisi vera / et posita, <et> subintrat in scientia<m> dei suum contrarium. Verbi / gratia: scit deus Socratem legere; sed hoc non ex necessitate; suum / contrarium, scilicet 'Socratem non legere', subintrat in scientiam dei. / Et sic deus neque plura neque pauciora potest scire quam / scivit ab aeterno, quamvis sciat quaedam quae non scivit / ab aeterno, sicut possumus videre per exemplum: Socrates habet / nummos quos non habuit <h>eri, non tamen[265] plures.

Similiter <obicitur>. / Deus potest providere quod non providit et non providere quod providit, / ergo providentia dei potest variari. **[]** Solutio. Non sequitur, quia eadem providentia / potest providere quae non providit et non providere quae providit, non tamen[266] / variatur, sicut per simile videri potest: Aliquis, <qui> est in excelso / terrae, potest videre Socratem modo currentem `modo´ quiescentem[267], et eadem / visione ita quod ulla variatio est circa visionem eius. / Sic deus speculator astat <et> desuper eadem providentia et in/variabil(i) quae sunt et quae futura sunt prospicit.

5.21) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 95rb

Non dico(18.9) / id est `non´ appello **'non homo' nomen, sed infinitum nomen, quia significat unum / quodammodo infinitum**.

Dixit m. Al. quod hoc nomen 'non homo' significat / quoddam accidens quod praedicatur de omni re alia[268] ab `h´omine. Sed postea / dixit quod hoc nomen, scilicet 'non homo', nihil significat nisi hanc speciem 'homo'. / Unde unumquodque[269] infinitum nomen significat illud idem quod / nomen finitum, sed a nomine finito significatur ponendo, / ab infinito removendo. Unde per infinitum aliquid neque / subicitur neque praedicatur.

5.22) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 96va, among the discussions of **Si ergo dialectica interrogtio** etc(23.6)

---

265 tamen] t(antu)m *B*
266 tamen] t(natu)m *B*
267 quiescentem] q(ui)sencente(m) *B*
268 alia] alio *B*
269 unumquodque + [istor(um)] *B*

<Item opponitur>. Haec interrogatio[270] rhetorica / 'utrum Verres fecerit furtum vel non' est dialectica interro/gatio, quia est petitio propositionis vel alterius partis. Sed omnis inter/rogatio est quaestio, quia quicumque interrogat, quaerit. Ergo, cum haec sit di/alectica interrogatio, et est dialectica[271] quaestio. **[]** Dicit / m. P. quod eadem quaestio est dialectica et rhetorica. Si propositiones / intendat eam probare ex locis rhetoricis, tunc est rhetorica; / et si probet eam ex locis dia(lecticis), tunc est dia(lectica). **[]** Sed Aristoteles repre<h>endit / quosdam qui dicebant orationem esse ad nomen vel ad intelle/ctum secundum voluntatem proponentis. Similiter repre<h>enditur / m. P., qui dicit eandem interrogationem esse dialecticam et rhetoricam / secundum voluntatem proponentis. **[]** Sed ei opponitur. Omnis / rhetorica est nuda circumstantiis, sed nulla dialectica est nuda / circumstantiis, ergo nulla dialectica est rhetorica. **[]** Et ita dicimus quod nulla / rhetorica sit dialectica. Sed argumentum hoc modo solvimus. 'Est interrogatio / dialectica, ergo est quaestio dialectica'; non sequitur, quia hoc nomen 'dia(lectica)' iunctum / cum hoc nomine, scilicet 'interrogatio', significat hoc, scilicet propo<s>ita dialectice, / id est inter affirmationem et negaitonem; sed iunctum cum hoc nomine, / scilicet 'quaestio', significat hoc, scilicet propo<s>ita inter affirmationem et negationem nuda circum/stantiis[272]. **[]** Vel dicamus. Quaestio dialectica, id est proposita dialectice, ac/cipitur duobus modis. Dicitur quaestio dialectica, id est proposita dialectice; / et dicitur quaestio dia(lectica), id est quaestio p<ro>posia dia(lectice) nuda circumstantiis. / Et in hoc sensu rethorica quaestio non est quaestio dialectica; sed est quaestio dia(lectica), / id est quaestio dia(lectice) proposita.

5.23) H17, Berlin lat. fol. 624 f. 96vb

Sed quando / aliquid oppositorum inest in adiecto(25.9) i.e. in praedicato, quod dicitur ad/iectivum, quia addititur subiecto; vel **in adiecto** i.e. in parte / praedicati; **ut dicere hominem mortuum esse hominem**(25.11), **quae**(25.10) scilicet op/posita **sequitur(!) contradictio** id est ex quibus sequitur affirmatio et negatio / opposita. Et haec est au<c>toritas, quae demonstrat quod homo et lapis sunt / opposita, ut dicit m. Al..

---

[270] *Cf.* inCicTop 1055A12-B3

[271] dialectica + [introgacio] *B*

[272] circu(m)/stantiis] circu(m)/stancus *a.c. B*

Cf. H15, ms Paris lat. 15015 f. 196ra:
Sed **non semper**(25.9), quia **quando aliquid op/positorum est(!) in adiecto** id est praedicato, adiectum enim vocat quicquid adicitur praedicato; **quae** / scilicet opposita **sequitur(!) contradictio** id est affirmatio et negatio, tunc non est verum vel falsum. Hinc / habemus auctoritatem quod opposita vocantur quaecumque sequitur contradictio, id est illa / quorum unum po<s>itum removet aliud. Hinc itaque sumpta est regula, quam magi/stri solent assignare: si aliquod oppositorum praedicatur de aliquo, alterum removetur ab / eodem, ut sunt homo et lapis et similia omnia quae de eodem praedicari non possunt.

==========

6) Darmstadt 2282 f. 1v
G. Lacombe, *Aristoteles Latinus* I, Roma 1939, no. 848, p. 647

Pictures of "dial(ecti)ca d(omi)na" with Porphyry's tree in her right hand, surrounded by "Plato", "Aristoteles", "Socrates", and "magist(er) Ada(m)"

==========

7) Dresden Dc. 171 A (lost now)
M. Manitius, "Analekten zur Schulgeschichte des Mittelalters", *Mitteilungen der Gesellschaft für deutsche Erziehungs- und Schulgeschichte* 16 (1905), pp. 35-49, at p. 43 (#);
L.M. De Rijk, *Logica modernorum* II-1, Assen 1967, p. 418

Philosophia a Tullio sic diffinitur: Philosophia est studium sapiencie, apud Apollegium amor sapiencie, apud magistrum Adam philosophia est sapore virtutum condita sapientia. Apud Platonem philosophia et meditatio mortis assidua; inter ea enim, quae humane inquisicionis sunt, cogitandum est, quliter bene moriendum sit, et huic senteentie accedunt monachi.

==========

8) Firenze SMarco# 125 f. 11r, *marginalia* of a copy of Aristotle's Categories

Hinc habet magister A`l´bericus / quod nulla res existere sine ---/lexione vel divisione, quae non con/tineatur sub aliquo de .x. prin/cipii assignatis ab regula ----- / quod non valeret / argumentando, quo / probat iustitiam / esse sub qu/alita/te.

==========

9) *Tractatus Anagnini* I, München clm 4652 f. 66v
ed. L.M. De Rijk, *Logica modernorum* II-1, Assen 1967, pp. 217-232, at p. 225.9-28

... Praedicamentum est collectio praedicabilium de se invicem sub eodem genere con/tentorum; et ita quot sunt praedicamenta, tot sunt collectiones.

In qua collectione illud, quod causa et cognitione[273] est / supremum, est generalissimum; illud autem, quod causa et cognitione est medium, est subalternum; quod autem causa / et cognitione est infimum, est specialissimum. Scibilius enim est aliquid esse substantiam quam animal; scibilius etiam / est aliquid esse animal quam hominem. Causa, quia si substantia est, animal <est>[274]; si animal est, homo est. Notandum etiam quod superius dicitur totum in / praedicatione; inferius dicitur pars in subiectione.

Contra hoc quidam dicunt: Illud, quod est superius cognitione, / et[275] etiam fit[276] pars in constitutione sui inferioris, perhibentes speciem constare ex genere et substantialibus / differentiis. ~~Hoc verbo quidam simplices abducti dicebant~~ genus esse quasi materiam, differentias vero quasi formas / ex quibus iunctis constitueretur species. Sed dicit magister Adam: Omne significatum dictione est simplex et in/compositum. Et dicit: componitur, id est definitur; 'constitutio' pro 'definitio', 'constitutio speciei' pro 'definitio speciei'. Et sic / exponit auctoritatem illam: Species constituitur ex genere et ex substantialibus differentiis, id est ex nomine generis et / ex nomine substantialium differentiarum constituitur species.

==========

10) tL3: München clm 29520(1
a fragment among others formerly with the shelfmark "clm 29185"

Post tractatum de loco a toto et a parte et a pari, nunc agendum est de loco a causa.

Cau/sarum alia est efficiens, alia materialis, alia formalis, alia

---

273 cognitione *correxit De Rijk*, collectio(n)e *B*
274 <est> *addidit De Rijk*
275 (et) *B*, *om. De Rijk*
276 fit *lexit De Rijk*, sit *M*

finalis vel efficiens. Causa est illa / in qua artifex movet et operatur, ut aliquod inde explicetur.

Ab efficienti causa / sic trahitur argumentum:

collectio hominum quae operatur iustitiam est naturalis, ergo iusti/tia est naturalis.

Unde locus?

Ab efficienti causa / sic trahitur argumentum. Collectio hominum quae operatur iustitiam est naturalis, ergo iusti/tia est naturalis. Unde locus? Ab efficienti causa. Regula: Cuicumque efficiens causa est na/turalis, ipsa quoque est naturalis.

Magister Petrus Ba. dicit hanc regulam esse sophisticam, / et dicit Boethium eam sponte posuisse gratia exercendi lectorem. Quod[277] sit sophis/tica, ex hoc manifestatur. Homo est efficiens causa cutelli(!), et homo est naturalis, non tamen / cutellus est naturalis. Vel possumus dicere quod non sit sophistica. Licet enim homo efficiens / causa sit cutelli, tamen ex eo quod est efficiens causa non est naturalis, sed artificialis; et inde / non dicitur cutellus naturalis.

==========

11) P18: München clm 29520(5

a fragment among others formerly with the shelfmark "clm 29185", cf. De Rijk 1966 p. 31

Opponet aliquis. Nam videtur quod praedicta divisio[278] non sit generis / in species per differentias, quia 'animatum' et 'inanimatum' non sunt substantiales differentiae, quia proprie/tas substantialium differentiarum non convenit eis, haec scil. quod sint inpermutabiles circa / subiectum; ut patet in hac differentia 'rationale', quae ita inpermutabilis est circa / hominem, ut quamdiu homo est rationalis est, et opposita differentia, scil. 'irrationale', / nunquam potest ei convenire. Sed hoc non est in his differentiis 'animatum' 'inanimatum'. Quae ita permu/tabiles sunt circa subiectum, ut de quo nunc praedicatur 'animatum', postea praedicatur 'inanimatum', et e converso. / Corpus enim Socratis, quod nunc est animatum, postea fiet inanimatum. Similiter manus Socratis, quae / nunc est animata, si ab<s>cidatur a Socrate, erit inanimata. E converso, ramus ab<s>cisus ab / arbore est inanimatus, sed cum trunco inseritur erit animatus, i.e. vegetatus. Haec omnia / important occasionem praedictae

---

277 Quid] Q^{i}c *M*

278 scil. 'corporum aliud animatum, aliud inanimatum'

divisioni quod non sit sufficiens nec generis in species, / inmo videtur quod sit subiecti in accidentia.

Quidam respondent ad hoc, di/centes quod subintelligendum sit tertium membrum, hoc modo: corpus aliud anima/tum, aliud inanimatum, aliud susceptivum utriusque. Corpus animatum, ut Socrates; corpus in/animatum, ut lapis; susceptivum utriusque, ut manus Socratis ab<s>cisa est inanimata, / non abscisa est animata, similiter ramus arboris est corpus susceptivum / utriusque. In tali sententia diu fuerunt praeceptores nostri et[iam], ut dicunt, / magister Albricus, licet inconveniens esset ut tantus auctor tam imperfectam fa/cit doctrinam, ut posito uno membro divisionis daret duo subintelligi / ******e.

Magister Willhelmus de Salbris meliorem excogitavit solutionem, / dicens quod praedicta divisio, scil. 'corporum aliud animatum, aliud inanimatum', sufficiens sit. Sed / 'animatum' duobus modis accipitur: animatum substantialiter et animatum accidentaliter. Similiter / aequivocatio est adtendenda circa hoc nomen 'inanimatum'. Dicitur enim inanimatum substantialiter et inani/matum accidentaliter. Exempli causa de singulis. 'Animatum' dicitur substantialiter, cum dicit 'Socrates est / animatum', quia quamdiu Socrates est, animatum de eo praedicatur. Et nunquam potest dici quod sit inanimatum, mor/tuo namque Socrate, non potest dici 'Socrates est inanimatus', quia Socrates non est. Sed 'animatum' tenetur acci/dentaliter, cum dicitur de corpore vel de pede vel de manu Socratis vel de alia eius parte; / similiter cum de ramo arboris ******** ******* ******. Ad hoc quod aliquis posset dicere / 'pes Socratis est substantia animata sensibilis, ergo pes Socratis est anima<ta>', r(espondetur): si iste terminus 'animata' tene/tur substantialiter, falsa est propositio; si vero tenetur accidentaliter, vera est. Sicut exemplificavimus / de hoc termino 'animatum', sic 'inanimatum' tenetur substantialtier cum dico 'lapis est inanimatum'; sed ac/cidentaliter dicitur de ramo decerpto ab arbore et trunco nondum in/serto.

==========

12.1) P19, Oxford Laud. lat. 67 f. 6rb, as one of the heads to be discussed in the beginning of the commentary

¶ Artifex duplex est secundum artis duplicem facultatem. / Alia est enim facultas agentis de arte, alia est facultas agen/tis ex arte. Itaque artifex alius est agens de arte, alius / est agens ex arte. Agens de arte est, qui praecepta dat in artem / ut Porphyrius, vel praecepta data in artem

exponit ut Boethius; / artifex agens ex arte est argumentorum effector, qui agit / secundum artem, ut Cantaber Guarinus[279].

12.2) P19, Oxford Laud. lat. 67 f. 7ra

Mox de / generibus et speciebus *etc*(5.10).

Quaestiones hic ponit Porphyrius, a quibus vult abstinere his de causis ut eas modo / introductorio non posse pertractari lectori appareat, et ne percepta utilitate huius / operis lector materia inquisitionis careat.

Obicitur. Porphyrius ponit quaestiones a quibus dicit se / abstinere, ergo non abstinet ab illis, ergo falsum dicit Porphyrius. [] Responsio Cantabri. / Auctor dicit se abstinere a tractatu earum quaestionum, non a positione earum; quare, etsi eas / posuerit, non est in eius promisso falsitas.

==========

13.1) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 1ra

Et sic habemus / talem i n t e n t i o n e m . Intentio huius operis est trac<tare> de primis vocibus decem prima rerum genera / significantibus <in> eo quod res significant.

Solebant assignare magistri quod hoc totum 'in eo / quod res significant' in commento non reperitur, sed tantum 'in eo quod significant'. Hoc additum est / ad differentiam intentionis grammaticorum et Ar(istotelis) [et] in Perierminiis, quia licet ipsi in/tendatur de vocibus, tamen non secundum hoc quod intellectus constituant, sed secundum significationes / et terminationes.

Assignavimus quid singula posita in illa intentione operentur ibi. /

Nunc Alb; assignat illam insufficientem `esse´, tum ex verbis Boethii tum ex titulo huius / libri. [] Ex verbis Boethii dicentis[280] "Olim in mente auctoris venit de tribus quaestionibus / disputare. Quarum una haec est: quid velit praedicamentorum intent<i>o". His verbis / dicit Alb; quod Boethius demonstrat quod illa sit insufficiens; sin esset suffi/ciens, non diceret "quid velit praedicamentorum intentio". [] Ex titulo

---

279 Guarinus] G- *partim deletur et videtur tamquam* C- *O*

280 inC 160A6-10: Est vero in mende ... tribus quaetionibu disputare, ... , quarum una est quid praedicamentorum velit intentio.

demonstrat / quod non intendit de vocibus tantum, quod talis est: **Incipit liber praedicamentorum** id est de prae/dicamentis, quia hoc nomen 'praedicamentum' tantum valet quantum 'praedicatum' ex / pluribus confectis[281] (quod habemus ab Aristotele dicente[282] "quare in quantiscumque praedicamen/tis", id est in quantiscumque praedicatis). Ex pluribus confectis etc; sed omne prae(dicamen)tum est res, / et ipse intendit de prae(dicamen)tis, ergo de rebus, ergo non de vocibus tantum. Et sic non est suffici/ens.

Sed, ad hoc ut sit sufficiens, sic debet assignari. Intentio praedicamentorum / est tractare de primis vocibus decem rerum genera significantibus prima in eo quod significant, / et de praedicamentis assignando quae de quibus habeant praedicari et[283] qualiter, quia maiora / de minoribus et de paribus paria univoce, et quae de quibus non habeant praedicari nec tamen[284] remo/veri ut minora de maioribus, vel quae a quibus habeant removeri ut oppositum / ab opposito.

Super hunc locum demonstrat Boethius[285] quod hic intendit de vocibus, non / secundum hoc quod sit alicuius figurationis, id est non secundum hoc quod sunt nomen vel verbum vel oratio vel alius termini, / sed secundum hoc quod significant, id est quod intellectum constituunt.

13.2) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 1va-vb

¶ **[0]** De f i n a l i c a u s a est agendum. Scientia praedicamentorum est finalis causa / huius libri.

[1.1] Sic opponitur. Scientia praedicamentorum est finalis causa huius; ergo quae est vel quae non est, est finalis causa huius / libri. Quod scientia, quae non sit, non sit finalis causa huius, patet, quia iam id quod non est esset finalis / causa huius, quod esset inconveniens. Quare scientia quae est.

[1.2] Sic opponitur. Omnis scientia praedicamentorum est in Pet(ro) / vel in Alb. vel in alio; sed nulla scientia praedicamentorum, quae sit in aliquo istorum, est finalis causa huius / libri; ergo scientia

---

281 confectis] 9fectu(m) *P*

282 H.11, p. 25.17

283 et] i(n) *P*

284 tamen] t(antu)m *P*

285 inC 159C11-15: In hoc igitur opere haec intentio est, de primis rerum nominibus et de vocibus res significantibus disputare, non in eo quod secundum aliquam proprietatem figuramque formantur, sed in eo quod significantes sunt.

praedicamentorum non est finalis causa huius. Syllogismus in secunda figura.

[1.3] Aliter. Scientia praedicamentorum, / quam iste est habiturus, est finalis causa huius libri; sed illa non est; ergo scientia, quae non est, est finalis / causa huius; ergo id, quod non est, est finalis causa eius quod est.

[1.4] Adhuc aliter. Hoc universale 'causa' suffi/cienter dividitur per finalem et materialem et per aliam. V(erum). Ergo de quocu<m>que haec pars, / scilicet finalis causa, et illud totum. Sed finalis causa praedicatur de scientia praedicamentorum, cum dico / 'scientia praedicamentorum est finalis causa'. Ergo et totum de eodem, ut cum dico 'ergo scientia praedicamentorum / est <causa> huius libri.

[1.5] Finalis causa alia est scientia, alia est alia. V(erum). Ergo si aliquid[286] / est scientia praedicamentorum, ipsum est finalis causa. Sed[287] scientia, quae est in Socrate, est scientia praedicamentorum, ergo / est finalis causa. Non alius quam huius libri, ergo est finalis causa huius; quod est inconvenines. /

[1.6] ¶ Probo quod scientia praedicamentorum non est finalis causa huius. Hoc non est verum de hoc universali 'scientia praedicamentorum' nec / de aliqua scientia praedicamentorum. V(erum). Ergo non est verum de scientia praedicamentorum quod sit finalis / causa huius.

[1.7] Aliter. Aristoteles non ideo composuit hoc opus ut haberet scientiam praedicamentorum, quam iam ha/bebat; ergo scientia praedicamentorum non est finalis causa huius.

[2.0] Solutio. **[2.1]** 'Scientia praedicamentorum est finalis causa / huius, ergo scientia quae est vel quae non est'. Concedo quod scientia, quae non est, est finalis causa huius; et est talis / sensus: scientia, quae non est, est finalis causa huius, id est aliquis legens hunc librum tendit **|1vb|** «ad[288] hunc finem ut habeat» scientiam quae nondum est.

[2.2] 'Omnis scientia praedicamentorum vel est in Pet(ro) / «vel in Alberico vel in alio; sed nu»lla scientia praedicamentorum quae sit in aliquo istorum, etc; ergo / «scientia praedicamentorum non est finalis causa» huius'. Non sequitur, quia cum dico 'omnis scientia praedicamentorum vel / «in Petro vel in Alberico vel in alio» est', id est omnis scientia praedicamentorum quae est; cum vero[289] dico 'sed[290] nulla

---

286 aliquid] aliq(uis) *P*

287 sed] sit *P*

288 «ad - habeat» *my guess readings, completely damaged to be illegible P*

289 vero] n(on) *P*

/ «scientia praedicamentorum, quae sit in aliquo istorum, est finalis causa» huius', iam diceret quod nulla scientia praedicamentorum, quae esset vel quae / «non esset, non esset» finalis causa huius, quod est falsum.

[2.3] 'Scientia praedicamentorum, quam iste est habiturus, / est finalis causa huius; ergo scientia, quae non est, est finalis causa huius; ergo id quod non est est causa eius / quod est'. Non sequitur. Cum dico 'scientia praedicamentorum est finalis causa huius', ibi non praedicatur 'finalis / causa' hoc universale, immo sensus est: id est aliquis legens hunc librum tendit ad / hunc finem ut habeat scientiam praedicamentorum.

[2.4] 'Hoc universale 'causa' sufficienter etc, ergo si / haec pars, scilciet finalis causa, praedicatur de aliquo, et causa de eodem'. V(erum). Sed 'finalis causa praedicatur, / cum dicitur "scientia praedicamentorum est finalis causa"'. F(alsum), immo tendere ad hunc finem ut habeat / scientia<m> praedicamentorum.

[2.5] Finalis causa alia est scientia praedicamentorum, alia est alia. Verum. Ergo / si aliquid est scientia praedicamentorum, ipsum est finalis causa; sed etc; ergo scientia, quae est in Socrate, est fi/nalis causa huius'. Non sequitur. **[]** Sciendum est quod huiusmodi vocabula, scilicet 'argumentum' 'finalis / causa' 'homo' 'syllogismus', largius accipiuntur in subiecta[291] parte quam in praedicata, sicut / cum dico 'argumentorum aliud est verum, aliud est falsum', hic habet se argumenta / tam ad ea quae sunt argumenta quam ea quae apparent esse argumenta; cum vero dico 'hoc est argumentum', / sensus est: id est est verum argumentum. Eodem modo 'hominum alius est vivus, alius mortuus'. **[]** 'Finalis / causa alia est scientia praedicamentorum, alia <est> alia', id est finalis causa quae est vel quae fuit vel quae erit. / Cum vero <dico> 'scientia praedicamentorum est finalis causa', id est finalis causa quae est. Et sic de consimilibus.

[2.6] Non / est verum de hoc universali
'scientia praedicamentorum' etc,
ergo scientia praedicamentorum non est finalis causa huius. Non sequitur. / Falsifico in simili.
'Homo currit' hic non loquor de hoc universali 'homo'
nec de aliquo homine,
ergo / non loquor hic de homine.

[] Tamen quidam dicunt quod hoc est verum de hoc universali 'scientia praedicamentorum'. Sed, quia / absurditas est in verbis, licet aliquis sensus inde possit haberi, tamen illa refuta/mus sententiam. Et dicimus

---

290 sed] (er)g(o) *P*

291 subiecta] sub'ea *P*

quod scientia praedicamentorum ita est finalis causa huius quod nulla scientia praedicamentorum, / nec hoc universale 'scientia praedicamentorum'.

[2.7] 'Aristoteles non composuit hoc opus etc, ergo scientia praedicamentorum non est fi/nalis causa huius'. Non sequitur. Hoc enim opus non refertur ad Aristotelem, sed ad docentem eum vel legentem. /

13.3) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 2ra-rb

Hic liber supponitur logicae.

Sic «opponitur. Hic liber supponitur» / logicae. V(erum). Ergo hic liber est logica. Simile. Hoc individuum «supponitur» / generi, ergo hoc individuum est animal.

Aliter. Hic liber supponitur «logicae, ergo aut» / scientiae inveniendi aut scientiae iudicandi. Simile. Hoc «individuum» / Socrates subponitur animali, ergo vel huic speciei 'homo' vel alii.

Unde quidam sic expo/nunt. Hic liber suppponitur logicae, id est valet ad logicam. **[]** Sed eis sic opponitur. / Sic probo quod Priscianus supponitur logicae, quia valet ad logicam, quod nullus negat; / ergo Priscianus supponitur logicae, quod est inconveniens.

Hic liber supponitur logicae. / M(inime)[292] e<st>. Supponitur, id est subicitur logicae. Falsum[293]. Hic liber supponitur logicae, id est pertrac/tat logicam vel aliquam eius partem. V(erum). Logica habet tres partes <secundum> unam / divisionem, scilicet scientiam definiendi, dividendi, et colligendi; et supponitur / illis tribus quod nulli illarum. Item secundum aliam divisionem logica habet duas, / scilicet scientiam inveniendi et iudicandi; et sic suppontitur illis quod nulli illarum. /

Tamen probat ma. Pe. quod hic liber supponitur scientiae iudicandi, hoc modo. Aristoteles compo/suit librum Analyticorum, in quo tractatur de iudicio; et gratia ilius fecit / librum Periermenias; composuit librum Praedicamentorum et causa illius; ergo iste / liber supponitur scientiae iudicandi, illis mediantibus. **[]** Solutio. Non sequitur. Qua / ratione supponitur scientiae iudicandi, eadem ratione supponitur et scientiae inveniendi, / quia, sicut in hoc libro tractatur vel demonstratur quae de quibus habeant praedicari ut maio/ra de minoribus, et quae a quibus habeant removeri ut genera et species unius / praedicamenti a

---

[292] Minime, *lectio incerta*, M. *P*

[293] Falsum] s(ed) *P*

generibus et speciebus alterius praedicamenti, et quae de quibus non habeant praedicari nec tamen remo/veri ut minora de maioribus, quod pertinet ad iudicium; eodem modo in / hoc libro tractatur de locis illis ex quibus eliciuntur argumenta, quod attinet / ad inventionem. Et sic iste liber supponitur <et> scientiae inveniendi.

<Item opponitur>. Logica habet / quatuor partes: dialecticam scilicet, demonstrativam, et rhetoricam, sophisticam. / Hic liber supponitur logicae, ergo aut dialecticae aut rhetoricae aut demonstrativae / aut sophisticae. Quod supponatur dialecticae, patet. Quod supponatur rhetoricae, probo. In hoc / libro tractatur de locis illis ex quibus argumenta rhetorica inveniuntur, / ergo iste liber supponitur rhetoricae. Item supponitur demonstrativae, quia in hoc libro / tractatur de locis a genere et a specie et de aliis locis ex quibus demonstrative / confirmantur. V(erum). Ergo iste liber supponitur demonstra(tivae). Sic hic liber supponitur dialecticae, / demonstrativae, et rhetoricae; ergo tribus, quod est inconveniens. **[]** Solutio. Dicimus quod iste liber / supponitur dialecticae et demonstrativae <et rhetoricae>, et non est inconveniens, quia etiam liber Topicorum supponitur / dialecticae et rhetoricae. In hoc libro tractatur de locis ex quibus inveniuntur / rhetorica argumenta. M(inime)[294] est. In hoc libro tractatur etc, id est specialiter in hoc tractatur / de illis. F(alsum). In hoc libro tractatur etc, id est in hoc libro tractatur de dialecticis lo/cis ex quibus inveniuntur rhetorici loci, et ex illis inveniuntur rhetori**l2rb**l«ca» argumenta. V(erum), quia dialectici loci versantes circa communem materiam obtinent / «rhetoricos lo»cos infra ambitum quam versantur circa singularem materiam / «communem».

13.4) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 2vb-3ra

¶ Nunc videndum est quomodo ma. Pe. exponat definitionem illam: **Aequivoca dicuntur**(47.2) / id est illi termini dicuntur aequivoci **quorum nomen** id est terminus existens de numero quorum <nomen> / **est commune**[295] pluribus **solum**. Sed quia 'solum' quandoque est exclusivum omnium rerum eiusdem / generis cuius est[296] illud ~~cum quo consignificat~~[297], sicut cum dixit Boethius[298] 'solam tunicam habeo', / id

---

294 Minime, *lectio incerta*, M. *P*

295 commune] co(mmun)is *P*

296 est] e()t *P*

297 consignificat] cu(m) sig(nifi)c(at) *P*

298 inC 164C9-11: ..., ut si quis dicat solam me habere tunicam, id est non etiam togam,

est sic tunicam quam nullum aliud indumentum, ideo additum est: et **ratio substantiae** / assignata **secundum** idem **nomen** est **diversa** id est non est eadem.

Sed contra ipsum est Ar(istoteles) hic, quia ma. / Pe. dicit quod nil habet rationem substantiae nisi[299] genus vel species vel specifica differentia; et quod / ista nomina, scilicet 'accidens' 'proprium' 'individuum[300]', sunt aequivoca. **[]** Sed probatur contra. Ista tria nomina / non sunt genera vel species vel specificae differentiae, ergo <non> habent rationem substantiae; et si non habent / rationem substantiae, non sunt diversa; ergo non sunt aequivoca.

Iterum Porphyrius contra ipsum est, qui dicit[301] / "commune est speciei[302] et proprio praedicari univoce", et sic aliquod proprium praedicatur univoce, ergo aliquod / proprium praedicatur nomine et definitione sua, ergo aliquod proprium habet definitionem, ergo non solum genus vel species / vel differentia.

Iterum Aristoteles est contra eum, dicens: **Si quis assignet**[303] **quid**[304] **utrumque horum(!) sit**(47.5) / scilicet homo et pictura **in(!) eo(!) quod(!) sunt(!) animalia, propriam assignabit utriusque rationem**. Sed pictura / est accidens, ergo non assignabitur ratio illi diversa.

Ip(se) solum assignat: **diversa**[m] id est / non eadem. Alb. autem non exponit nisi ut littera sedet.

Sed nota quod, teste Boethio[305], ratio / dicitur multis modis, quia dicitur ratio ratio a(nim)i(!); dicitur etiam ratio computandi; et vis(!) naturae, / id est similitudo nascentium. Sed hic non ita accipitur, immo accipitur pro illo **l3ral** explicato in quo ea sunt quibus remanetibus ipsa res permanet, ~~cum~~ quibus destru/ctis ipsa destruitur.

13.5) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 3ra-rb

---

ad divisionem videlicet togae.

299 nisi] n(ec) *P*

300 individuum] idi. *P*

301 P p. 24.17-18: Commune autem et univoce praedicari genus de propriis speciebus et proprium quorum est proprium.

302 sp(eci)ei *sic P*, *sed* generis *legendum*

303 assignet] assig(na)u(er)it *P*

304 quid] q(uidem) *P*

305 inC 166A1-5: Ratio quoque multimodo dicitur. Est enim ratio animae, et est ratio computandi, est ratio naturae, ipsa nimirum similitudo nascentium, est ratio quae in definitionibus vel descriptionibus redditur.

¶ Nunc quaeritur si illa definitio[306] / conveniat solis aequivocis. Probatur quod non, quia convenit quibusdam univocis. / Quaedam enim univoca sunt aequivoca, quia istae tres species 'latrabile' et 'marina' et 'caeleste' / sunt univoca sub hoc nomine 'substantia', quia habent hoc nomen 'substantia' commune et rationem / illilus ea<n>dem, et sic sunt univoca. Illae eaedem sunt aequivoca sub hoc nomine 'canis', / et sic sunt aequivoca. Et sic quaedam univoca sunt aequivoca. Sic illa definitio non convenit / solis aequivocis. **[]** <Solutio>. Plane concedimus quod quaedam univoca sunt aequivoca.

Sed probatur / quod omnia aequivoca sunt univoca, quia omnia aequivoca habent hoc nomen 'aequivo/cum' commune et rationem <eandem> assignatam secundum idem nomen, ergo omnia aequivoca sunt univoca. **l3rbl** Item omnia aequivoca, ex eo quod sunt aequivoca, sunt univoca, quia habent hoc nomen / 'aequivocum' commune et rationem huius nominis ea<n>dem; ergo ex eo quod sunt aequivoca, sunt univoca. Et sic omnia / aequivoca sunt univoca. **[]** Solutio. Bene concedimus quod aequivoca sunt univoca sub aliquo nomine. / Et est sensus: omnia aequivoca se habent ad aliquod nomen quod habent commune et rationem eandem / secundum idem nomen. Inde non sequitur 'ergo omnia aequivoca sunt univoca', quia iam esset sensus quod essent univo/ca sub illo nomine sub quo sunt aequivoca, quod est falsum. Simile. Socrates est similis Platoni / et dissimils Aristoteli, ergo Socrates est similis et dissimilis alicui.

Item. De hoc quod dicit 'ex eo quod sunt aliqua / aequivoca, sunt univoca', dicit Alb. quod istae adiectiones, scilicet 'ex eo' et 'secundum hoc' et 'ob hoc', dupli/citer possunt accipi, scilicet ratiocinative et exiguitive seu causative. **[]** Sed videamus / quid sentiat his verbis. Ratiocinative[307] accipitur pro 'si', cum[308] dicitur 'quia est homo, est animal', id est si / est homo, est animal; et in hoc sensu vera est. Accipitur causative, cum dicitur 'quia est homo, est animal', / id est 'quod est homo' hoc verum est causa quare hoc verum est, scilicet '<quod> animal est'; et <in> hoc <sensu> falsum est; unde Boethius et fortas/se principium trahitur a genere. **[]** Similiter est ibi, scilicet 'ex eo quod aliqua sunt aequivoca, sunt univoca'. / Si accipiatur ratiocinative[309],

---

306 definitio, *namely the definition of* aequivoca

307 Ratiocinative] r(ati)otinat(ivu)m *P*

308 cum dicitur] u(bi) .b. *P*

309 ratiocinative] rotinatiue

verum, ut sit sensus: si qua sunt aequivoca, ipsa sunt uni/voca. Si vero[310] accipiatur exiguitive, falsa esset, hoc modo: ex eo quod aliqua sunt / aequivoca, sunt univoca, id est ad hoc ut aliqua[m] sint aequivoca, hoc aliud verum exigitur / ut sint univoca. Falsum, immo hoc solum exigitur, scilicet quod habeant[311] nomen idem commune / et rationem diversam assignatam secundum idem nomen.

13.6) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 3rb, cont. to 13.5)

[1] Nunc quaeritur si aliquod universale possit praedicari / aequivoce.

Videtur quod sic, quia haec species 'homo' praedicatur de Socrate et Platone eodem nomine et di/versis defintionibus, quia istis duabus 'animal rationale mortale' et 'a(nimal) gressibile bipes[312]', ergo diversis; et sic / non praedicatur de illis univoce. **[]** Quod falsum. Nobis[313] quidem non est oppostio, sed[314] illis qui dicunt illas / esse diversas definitiones, quod nos non dicimus nec unam esse nec alteram. Et, cum una est eadem / cum altera, id est est explicans illud idem esse quod explicatur altera. Unde Boethius[315] hanc / definitionem 'ratio rei dubiae faciens fidem' invenit ar(gumenti), id est invenit definitionem ex/plicantem illud esse quod explicatur ea.

[2] Unde dicit Alb. quod nullum universale praedicatur / aequivoce, sed quod aliqua universalia praedicantur aequivoce, quare dicimus sic.

Probatur contra. Duae / species animalis, scilicet 'latrabile animal' et 'marina belua', praedicantur de aliquibus aequivoce. V(erum). De aliquibus / individuis vel non indvisuis. V(erum) de aliquibus individuis. Ergo praedicantur de suis / individuis vel alterius. <Non alterius. Ergo> istae species praedicantur de suis individuis aequivoce. Ergo non praedicantur de illis / univoce. **[]** Solutio. Non sequitur, quia haec propositio, scilicet 'istae duae species praedicantur de suis individuis aequivoce' / vera est in compositione et in divisione falsa, hoc modo. Istae duae etc, id est istae / duae species sunt tales quod unaquaeque

---

310 vero] n(on) *P*
311 habeant] hn()at *P*
312 bipes] b.p. *P*
313 Nobis] uob(is) *P*
314 sed] s(cilicet) *P*
315 DT 1180C4-5

praedicatur de suis individuis aequivoce; falsum. Istae duae etc, id est istae / duae species nomine eodem et ratione [diversa] una diversa ab altera praedicantur de suis / individuis; verum. Inde non sequitur: ergo unaquaeque non praedicatur de suis individuis univoce.

[3] Item dicit / Al. quod quoddam indivduum praedicatur de se aequivoce, ut hoc indviduum 'Socrates' nomine / eodem et diversis significationibus, ut cum dicitur 'Socrates est Socrates fortis', quia sensus est, id est Socrates / est homo habens vires animi et vires corporis, quia licet iste terminus 'Socrates fortis' / significet ipsum Socratem ut habentem vires animi vel corporis, quia sicut hoc nomen 'Sci/pio' illud idem significat quod hoc nomen 'Marcus(!)', tamen sic significat illud prout de **l3val** genere Scipionis, similiter et 'Africanus', sic est in hoc termino 'Socrates fortis'.

Sed ei sic / opponitur. Illa propositio non est una. Sed probo sic. Ipsa est propositio quae demonstrat idem de se / praedicari, ergo est una. Et sic non est multiplex, et sic non praedicatur aliquod individuum univoce, sed / aequivoce. **[]** Solutio. Bene concedo quod nullum individuum praedicatur de se aequivoce. «Concedo etiam» / quod dicitur: 'Socrates est Socrates fortis' est una. Iudicat m(agister) quod ipsa est una, si hoc nomen / 'forte' non adiciatur Socrati ad notandum qualitatem illius; sed ad solam aequi/vocationem removendam[316], quia sciendum est quod adiectiva nomina adiciuntur / propriis nominibus ad removendam aequivocationem sicut praenomina, sicut cum dicitur / 'hic est Albertus infans', hoc appellativum 'infans' nunc adiungitur huic nomini / 'Albertus' ad tollendam aequivocationem, et non ad qualitatem subiecti demonstran/dam, quia si adiungitur ad qualitatem demonstrandam, sequitur hoc 'hic est Albertus infans, / ergo est infans', et sic non est senex, quod falsum est. Similiter ita est in 'Socrates est Socrates fortis', / quia si hoc nomen 'forte' adiungatur illi ad tollendam aequivocationem, ipsa est / una. Si vero ad qualitate<m> demonstrandam, est multiplex. Quod sic probatur. Ipsa est / oratio quae demonstrat plura praedicari ex quibus non fit unum et de uno, quia demon/strat id quod significatur hac voce, scilicet 'Socrates', ibi praedicari et illud quod significatur hac voce / 'forte'; et ex his duobus non fit unum, quia id quod hac voce 'Socrates' est corpus et / id quod significatur ista voce 'forte' est accidens; et ex istis duobus non fit aliquod / universale, quia nec substantia nec aliquod praedicamentum quod non substantia constituatur ex illis. Probo; quia / nullum accidens est pars substantiae, ergo nec hoc, et sic nulla substantia constituitur ex illis /

---

316 removendam] redde(n)da(m) *P*

duobus. Iterum quod aliud praedicamentum non constituatur ex illis, probatur, quia nullum [non] cor/pus potest esse pars nisi substantiae, et sic nullum corpus potest esse pars alicuius praedicamenti / quod non sit substantia. Et sic id, quod significatur ista voce 'Socrates', non constituitur aliquod praedicamentum[317] / cum illo accidenti. Ergo illa propostio, qua demonstratur illa duo praedicari de aliquo, est / m(ultiplex). Plane concedimus.

13.7) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 3vb, the last question concerning the definition of *aequivocatio*

¶ Quaeritur quid describatur illa descriptione.

Quidam dicunt / quod unum ibi describitr.

Ma. Alb. dicit quod istae propositiones sunt mul(tiplices): 'unum de/scribitur ibi' et 'plura describitur[318] ibi' 'haec <est> descriptio unius' et 'haec est descriptio plurium'. / **[]** Un(um) d(escribitur) etc, id est aliquod universale vel singulare ibi describitur. V(erum). Unum descri(bitur), id est in hac descri(ptione) / demonstratur de uno quid sit vel cuiusmodi. F(alsum). **[]** Plura describuntur, id est plura universalia / vel singularia vel talia quorum unum est universale et aliud singulare. F(alsum) Plura etc, id est haec / descriptio est talis per quam demon(stratur) de pluribus quid sint vel cuiusmodi. V(erum). **[]** Haec est / descriptio unius, id est alicuius universalis vel singularis. V(erum). Haec est descri(ptio) unius, id est per hanc descri(ptionem) / demonstratur de uno vel de pluribus quid sint vel cuiusmodi. F(alsum). **[]** Similiter haec est descri(ptio) plurium.

13.8) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 3vb-4ra, the last three of the five questions concerning the definition of *univocatio*

[3] Iterum quaeritur si hoc genus 'animal' praedicatur / de istis duabus speciebus, asino[319] s(cilicet), homine, et si(milibus).

Sic op(ponitur). Ergo illae duae species sunt / univoca sub illo genere, ergo habent nomen illius generis commune et rationem eandem; / istae duae species sunt illae quibus hoc nomen est commune, ergo istae duae nuncupantur / illo nomine, et sic illae species sunt animalia.

Solvebat Alb., sic. Non est ar/gu(mentum): hoc genus 'animal'

---

317 praedicamentum] p(rae)()tiu(m) *P*

318 describitur ibi] d'ic(). *P*

319 asino] *lectio incerta*, .d. *P*

praedicatur de illis duabus speciebus univoce, ergo illae duae sunt **l4ral** univoca sub illo. Fallo. Hoc genus 'substantia' praedicatur de corporeo et incorporeo, / ergo illae duae differentiae sunt univocae[320] sub illo genere. Non se«quitur. Dicit enim» / Aristoteles in tertio(!) Topicorum[321] genus non praedicatur de differentia, sed de his «de quibus differentia praedicatur». / Similiter et hic. **[]** Sed, <etsi> concedatur quod illud sit argu(mentum), non «tamen illae duae» / species sint animalia, licet hoc nomen 'animal' conveniat ill«is. Eorum enim termini» / qui conveniunt rebus, alii sunt qui conveniunt rebus per praedicationem et appel/lationem et signific(ationem), ut 'Socrates et Plato'; alii sunt qui conveniunt rebus per ap/pellationem et praedicationem, ut hoc nomen 'homo'; alii sunt qui conveniunt re/bus per praedicationem solam, ut sunt nomina quae conveniunt ipsis universalibus, sicut hoc / nomen 'animal' quod convenit istis speciebus per solam praedi(cationem).

Iterum probatur quod istae / duae species 'homo' et 'asinus' sunt univoca sub hoc genere 'animal'. Illae parti/cipant illo genere, participant nomine eodem et definitione eadem, ergo istae[322] duae[323] / sunt univoca sub illo. **[]** Plane conceditur.

[4] Item quaeritur si illud quod definitur / hac definitione **univoca dicuntur** etc(47.7) sit univocum.

Si est univocum, ergo praedicatur / de aliquo individuo vel de aliquibus individuis simul. Praedicatur de aliquibus individuis simul. / V(erum) Praedicatur de Socrate et Platone; praedicatur de i`l´lis in aliqua propostione. V(erum). **[]** Probatur quod non. Haec / oratio, scilicet 'Socrates et Plato sunt univoca' est oratio quae demonstrat unum praedicari / de pluribus ex quibus non fit unum; ergo est mul(tiplex). Sic[324] hoc universale 'univocum' non praedicatur / de illis duobus et in aliqua propositione.

Solutio[325]. Ma. Al. dicit quod illud universale / praedicatur de istis duobus, scilicet So(crate) et Plato(ne), in aliqua propositione. Sed hoc quod dicitur 'haec oratio, / scilicet "Socrates et Plato sunt univoca", demonstrat unum dici de pluribus ex qui/bus non sit unum; ergo illa oratio

---

320 univocae] *lectio incerta*, copte()te *P*
321 *Cf*. Top. VI-6 pp. 126.24-127.6
322 istae] ist`e´a *P*
323 duae] ista duo *i.t. et supra* -o *addidit* -e *P*
324 Sic] sic(ut) *P*
325 Solutio] Solu(m) *P*

est multi(plex)' non sequitur, quia oratio[nes], quae de/monstrat unum dici de pluribus, quaedam est una, quaedam multiplex. / Illa dicitur esse una, quae sic demonstrat unum dici de pluribus ex quibus / non fit unum, quod demonstrat illud dici de pluribus ad modum unius, / id est quod demonstret illud dici sic de pluribus quod `non´ de unoquoque, ut ista 'Socrates / et Plato sunt duo', similiter 'Socrates et Plato sunt univoca'. Illa vero est mul/tiplex, quae sic demonstrat unum dici de pluribus ex quibus non fit unum, ita / quod de unoquoque, ut haec 'canis currit'.

[5] Item quaeritur si hoc universale 'univocum' / praedicatur de Socrate cum dico 'Socrates est univo(cum)'.

[Cum] Dicit Al. quod non, nec hic 'Socrates est uni/vocum cum Platone'; sed hic, cum dicitur 'Socrates est univocum cum Platone sub hoc / genere "animal"', hic praedicatur hoc universale 'univocum' de Socrate.

Probatur quod non, quia hoc universale / 'univocum cum Platone <sub hoc genere "animal">' praedicatur [sub hoc genere 'animal'] de Socrate; et hoc universale est pars huius / universalis 'univocum[326]'; et sic illud universale, scilicet 'univocum', non praedicatur.

Videtur ibi / praedicari. Falsum[327]. Si praedicatur illud universale, plura praedicantur ex quibus non fit unum, quia illud / universale et sua pars. Item unum solum praedicatur ibi; sed illud unum solum, / quod praedicatur ibi, est pars huius universalis univoci; ergo hoc universale 'univocum' non praedicatur ibi. /

13.9) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 4rb-va, among the discussions concerning **Denominativa dicuntur** etc(47.12), cf. De Rijk 1966 p. 38

Sciendum est quod hoc nomen 'denominatvum' duas habet significationes, quia dicitur denomiativum sermo / conveniens alicui subiecto gratia proprietatis existentis in subiecto, ita quod conve/niat cum nomine illius proprietatis in principio et discrepet in fine; dicitur etiam denominativum **l4val** res denominativa quae habet appellativum vocabulum conveniens sibi gratia proprietatis / existentis, ita tamen quod conveniat cum nomine illius proprietatis et discrepet in / fine.

Unde littera duobus modis legitur, scilicet in sermonibus et in rebus. **[]** Et in sermonibus, / sic. **Denominativa sunt(!)** etc, id est illi sermones sunt denominativi **quaecumque habent appellationem / ab**

---

326 univocum] uniuoci. *P*

327 Falsum] (ve)l *P*

aliquo id est quaecumque habent appellare aliquid gratia alicuius <proprietatis> in subiecto existentis, / ita tamen quod conveniat in principio cum nomine proprietatis et differat in fine. / **[]** In rebus, sic. **Denominativa sunt(!)** etc, id est illae res sunt denominativae **quaecumque habe<n>t**[328] **appellationem** / id est quaecumque habent aliquod vocabulum sibi conveniens **ab aliquo** id est sumptum / denominative ab aliquo nomine proprietatis in subiecto existentis. **[]** Illud vero, quod / postea sequitur, in sermonibus legitur, quia adeo affinis est doctrina rerum sermo/num doctrinae, quod in utroque versiculo de eodem fit documentum, ita[329] et hic cum dicitur / **differentia solo casu**, hoc tantummodo de sermonibus legitur et non de rebus.

In hoc Aristoteles / est contra ma. Pe., quia <denominativa> esse proprie est rerum et non vocum, et sic Aristoteles intellexit de rebus / et non de vocibus, cum dixit **denominativa sunt(!) quaecumque habe<n>t appellationem ab aliquo / differentia solo casu secundum nomen**.

Ad hoc ut fiat denominatio, tria sunt necessaria, / scilicet ut res sit in subiecto nomen habens, et ut res conveniat subiecto / gratia ipsius, et ut nomen illius rei conveniat cum nomine illius proprietatis / in principio et discrepet in fine. Ista tria sunt necessaria. Quodsi aliquid[330] / horum defuerit, non erit denominatio.

Illa littera potest legi in rebus et in sermonibus, sed / melius in rebus quam in sermonibus. Et hoc ostendit Aristoteles, dicens[331] "sedere, iacere, / ambulare, stare non sunt positiones, sed sumpta a positionibus". Quidam dicunt quod / ipse intellexit de vocibus; sed stulte videretur dixisse, si intellexisset / de vocibus, de quibus nulla erat dubitatio an esset postiones vel non. /

13.10) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 5ra, among *oppositiones* against Boethius' *regula: Quicquid participat nomine, et re*

[1.10] ¶ Aliter. Iste cogitat chimaeram, nunc de/noto actum esse in eo, et ex illo actu procedit passio, illa non est in alio / quam in chimaera, ergo est in eo quod non est. **[]** Solutio. Dicit Al. quod non ex omni actu[m] procedit / passio, quia ex illo non.

---

328 habe<n>t appellationem] h(abe)t appellare *P*

329 ita (et) h(ic) *sic P*, *sed fortasse* sed non ita hic *legendum?*

330 aliquid] aliq(uod) *P*

331 C-7 p. 59.5-7: iacere autem vel stare vel sedere ipsae quidem non sunt positiones, denominative vero ab his quae dicta sunt positiones nominantur.

13.11) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 6ra

Postea illa divisione statim subdit Aristoteles exempla, quia dicuntur / **sine complexione**(47.17) nomina et verba, ut **'homo' 'bos' 'currit'**; **dicuntur secundum complexionem, / ut 'homo vincit' 'bos(!) currit'**(47.16).

Sed nota ℙ. dicere quod nulla dicuntur secundum complexi/onem nisi solae propositiones. **[]** Sed ab eo quaeritur an iste ter(minus), scilicet 'dici sine complexione', / teneatur in eadem significatione hic et in numeratione illa "singulum incomplexorum / aut significat substantia<m> etc(48.20)". Si dixerit quod sic, ei tunc sic oppo(nitur). Haec oratio, scilicet 'utrum Socrates / esset bonus dislecticus', dicitur sine complexione; ergo significat substantiam aut aliquid / aliorum. Sed probo quod non, quia illa est constitutiva tantum veri vel fa<l>si intellectus, / ergo non significat substantiam aut aliquid aliorum. Item si dxerit quod aliter accipiatur / hic et ibi, stultam ergo doctrinam reddit Aristoteli.

13.12) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 6rb-va, under the discussion of the *lemma*: **Eorum vero quae sunt** etc(47.19)

Item opponitur. Illa divisio fit per quatuor prima rerum / genera, illa sunt quatuor prima rerum genera per quae fit, ergo unumquodque illorum est / generalissimum, ergo hoc universale 'res non existens in subiecto nec dicta de subiecto' est / generalissimum, sed illud universale significatur ab hoc termino 'prima substantia', et sic / illud esset generalissimum, et sic quaedam species substantiae esset generalissimum, quod est in/conveniens.

Sed 𝕞𝕒. 𝔸𝕝. concessum fuit iam quod hoc universale 'prima substantia' esset / generalissimum, consentiente Porphyrio dicente[332] "in unoquoque praedicamento sunt / quaedam generalissima".* Sed nunc non conceditur quod hoc universale 'prima substantia' sit generalissi/mum. **[]** Sed huic argumento sic respondemus.

Ista quatuor sunt generalissima, /
ergo unumquodque illorum est generalissimum.

Per simile. Sed prius ex Bo(ethio)(!)[333]:

istae quatuor / species, scilicet 'animal aquatile'

---

[332] P p. 9.10-11

[333] C.13 p. 77.7: animal namque dividitur in haec, in volatile et gressibile et aquatile

‘animal volabile’ ‘animal gressibile’,
sunt proximae species huius generis ‘animal’, /
ergo unaquaeque istarum.

Non valet.

Item isti quatuor, Diome(des), Achilles, / Aiax, et Ulixes,
sunt fortissimi omnium Graecorum,
ergo unusquisque.

Non sequitur, quia / sensus est, cum dicitur ‘isti quatuor sunt fortissimi omnium Graecorum’, id est isti simul; / cum postea vero concluditur ‘ergo unusquisque istorum est fortissimus’, non valet, quia / iam esset sensus quod super omnes Graecos <unus>quisque esset fortissimus, quod f(alsum). In se ipso, **l6val** sic. Isti quatuor sunt generalissima, id est ista quatuor sunt ea per quae fit sufficiens / divisio de omnibus rebus; cum postea concluditur ‘ergo unumquoque est generalissimum’, sensus / est: unumquodque est tale supra quod <non> est aliud genus proprio nomine designatum, quod f(alsum).

Hic est / sciendum qua consderatione Aristoteles hanc divisionem praemisit. Ideo praemisit ut maius / domumentum esset in omnibus quod continetur sub p(raedicamen)tis, quia ea per quae fit haec divisio sunt ea / per quorum praedicationem vel assignationem potest fieri documentum de omnibus illis rebus, / quia per assignationem primi membri potest fieri doctrina de omnibus praedicamentis[334] / de prima substantia, ut quod[335] est hoc genus ‘animal’ <est> res dicta de subiecto nec existens in / subiecto, et sic de aliis.

Notandum est quod m. Pe. dicit quod nullum istorum est <genus>, quia / non praedicatur de differentibus specie in quid. [] Sed ei opponitur. Nonne convenienter respon/detur ad interrogationem factam per quid de hoc genere, cum dico ‘quid est hoc genus “animal”?’, / ‘res non existens in subiecto nec dicta de subiecto’? Si concesserit, eadem ratione conve/nienter respondetur ad hanc aliam, ut ‘quid est hoc genus “lapis”?’, et sic genus.

Unde m. Pe. / dicit quod non potest responderi convenienter ad interrogationes huiusmodi, quia ipse non / vult aliquod istorum genus esse. [] Ex hoc vero dicit Al. quod illa ratio potius est imitan/da quae meliorem doctrinam confert[336] illis de quibus intenditur, quam ea quae nullum / documentum eius confert; sed haec est talis, scilicet dicere quod ista sint

---

334 p(rae)dicam(en)tis *sic P*, *sed fortasse* praedicatis *legendum*

335 quod] q(uid) *P*

336 confert] 9fer()t *P*

genera; quare magis / est imitanda quam illa.

* *Cf.* P20, Wien VPL 2486 f. 50va:

Est autem generalissimum etc(9.12). ...

Hic notandum est quod Aristoteles decem generalissima genera / in Praedicamentis posuit secundum hoc quod erant propriis nominibus assignata / et distincta, quia intentio eius erat agere de vocibus incomplex/is tantum et de praedicatis quae nomine et ratione praedicantur. Nec nega/vit posse esse alia superiora genera, sed propriis nominibus non sunt assig/nata et distincta, ut res existens in subiecto, quod tale est genus / quod est superveniens genus novem illis generalissimis, quia de omnibus praedicatur / universaliter et in quid, nec est aliquid eorum nec contentum sub illis, / sed non est nomine proprio assignatum, sed tamen illis permixtum. Nec est incon/veniens, si sint alia genera quam illa decem secundum diversam partitio/nem, quia quorum multiplex est compositio, multiplex divisio. Ut / enim animal potest dividi in tres proximas species, scilicet in aquatile, vo/latile, et gressibile, et item in duas proximas, rationale et mortale, / nec est inconveniens; similiter omnia, quae sunt in decem, possunt dividi genera / et item in duo. Quod ipsemet Aristoteles fecit "Eorum quae sunt alia sunt in subiecto, / alia non sunt", et postea eadem in decem genera partitus est, et in utroque suffi/ciens est nec est inconveniens.

13.13) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 6va-7va, cont. to 4.12) above

[0] Ad evidentiam huius quadrifariae divisionis, praemittit / Boethius[337] duas bifarias divisiones, quae tales sunt. 'Eorum quae sunt, alia dicuntur de subiecto, / alia non', et haec aequivalet huic quae dicit 'eorum quae sunt, alia sunt universalia, alia singula/ria'; et[338] 'eorum quae sunt, alia sunt in subiecto, alia non', et haec aequipollet isti 'eorum quae / sunt, alia substantiae, alia accidentia'.

[1.0] De prima vero divisione est dicendum, scilicet de / hac 'eorum quae sunt, alia dicuntur de subiecto, alia non', quia exponit Boethius dici / de subiecto est esse universale; ergo quicquid dicitur de subiecto, est universale.

[1.1] Sic opponitur. Omne, quod dicitur / de subiecto, est universale; sed illud, quod significatur hac voce 'pater Socratis', dicitur de subiecto, / quia de Sophronico; ergo illud est universale. Sed probo quod non, quia impossibile est plures / esse patres Socratis, ergo impossibile est illud quod significatur hac voce 'pater Socratis' / praedicari de pluribus, et sic non praedicatur de pluribus, ergo non est universale. **[]** Solutio. Non

---

337 inC 169.D3-4: Parvissima vero est quae fit in quatuor, in substantiam et accidens, et universale et particulare.

338 et] i(d est) *P*

sequitur, quia haec propositio / est mul(tiplex), scilicet ‘impossibile est illud, quod significatur hac voce “pater Socratis”, praedicari de / pluribus’. Si dicis ‘impossibile est plura esse de quibus praedicetur’, v(erum); si vero dicas ‘im/possibile est illud esse praedicabile de pluribus’, f(alsum). Similiter haec est mul(tiplex) / ‘illud praedicatur de pluribus’, id est plura <sunt> de quibus praedicatur, f(alsum); si vero dicis ‘est praedicabile de / pluribus’, v(erum). Et sic concedimus quod id, quod significatur hac voce ‘pater Socratis’, est universale. / Unde Al. sic definit universale: universale est id cuius praedicatione non notatur hoc aliquid. Et sic / ‘pater Socratis’ est universale, quantum ex vi huius vocabuli ‘pater [Socratis[339]]’, <quia> non magis notatur / hoc aliquid quam aliquid aliud.

[1.2] Et notandum est quod, cum Aristoteles dedisset exquisitam definitio/em universalis, dicendo[340] “universale est quod est aptum natum praedicari in pluribus”, Boethius commodio/rem dedit definitionem universalis, scilicet dici de subiecto est esse universale.

Sed sic oppoitur. Omne, quod / dicitur de subiecto, est universale; sed quoddam verum dicitur de subiecto; ergo quoddam verum est universale. **[]** Non sequitur, **l6vbl** quia iste terminus ‘dici de subiecto’ dissimiliter accipitur, quia cum dicitur ‘omne, quod dicitur de / subiecto, est universale’, sensus est: id est omne quod praedicatur de subiecto; cum vero dico ‘quoddam verum dicitur / de subiecto’, id est enuntiatur de subiecto vera propositione. Et sic non sequitur ‘quoddam verum est universale’. /

[2.0] Postea vero exponit Boethius: non dici de subiecto, id est esse singulare.

Sed hic opponit[341] Pe.. Hoc universale ‘al/bum’ non dicitur de subiecto, quia secundum ipsum nil dicitur de subiecto nisi dicatur in substantia, id est nisi sit / genus vel species vel differentia; sed hoc universale ‘album’ non dicitur de subiecto; et sic est singulare. **[]** Ip(se) sol/vat prout melius poterit.

Sed communitur opponitur. Chimaera[342] non dicitur de subiecto, ergo est singulare. / Non valet, quia divisum intelligitur in qualibet de dividentibus[343] esse[344]. Et sic non sequitur / illud.

---

339 so. *P*, *sed expungendum censeo*
340 H-7 p. 10.1-2
341 opponit] op(poni)$^{t(ur)}$ *P*
342 Chimaera] ci’m() *P*
343 dividentibus + [s(cilicet)] *P*
344 *Cf.* 13.14 [3.2] *infra*

[3.0] ¶ De hac alia divisione dicendum est, scilicet ‘eorum, quae sunt, alia sunt in subiecto, / alia non’. Exponit doctor artis: **in subiecto esse quod, cum sit in aliquo, non** est **sicut / quaedam pars eius(!) et(!) i(mpossibile) e(st) e(sse) s(ine) e(o) i(n) <quo> e(st)**(47.22).

[3.1] Ex hac autem definitione Aba. oppo(nit). Quaedam / substantia specialis est in musica, quae non est pars eius, ipso[345] testante, et impossibile / est esse sine musica; ergo est in ea ut in subiecto; et ita quaedam substantia est accidens. <[] Solutio. ...> /

[3.2] Iterum opponitur. Teste Boethio[346], omne totum integrum est in suis partibus, et non sicut[347] quaedam pars / earum, et impossibile est esse sine suis partibus; et sic est in eis ut in subiecto. **[]** Solutio. Non / valet, quia, quod domus dicitur esse in suis partibus, improprie dicitur. Domus est in partibus, id est / constat ex partibus, quia cum .v.iiii. sint modi existenti in aliquo, tres sunt proprii, / [alii sunt improprii] ut isti: pars in toto, aliquid esse in loco, aliquid esse in subiecto; <alii sunt improprii> /

[3.3] Iterum opponitur. Albedo Socratis est in Socrate ut in subiecto, ergo impossibile est ipsam esse / sine Socrate. Sed possi<bile> est eam esse sine Socrate, quia Socrate mortuo illa remanet in corpore / Socratis. Ergo non est in Socrate ut in subiecto. **[]** Solutio. Non sequitur. Bene concedo quod albedo Socratis est in Socrate / ut in subiecto, et quod possibile est ipsam esse sine Socrate. Non inde sequitur ‘ergo non est in Socrate ut in / subiecto’, quia Aristoteles non dixit: **in subiecto autem dico esse quod, cum sit in aliquo, non sicut / quaedam pars eius(!) et(!) impossibile est esse sine eo in quo est** id est sine omni eo in quo de/monstrari potest, sed dicit ‘sine subiecto’. Fallo. Albedo, quae est in corpore Socratis, est in eo / ut in subiecto; verum. Sed possibile est ipsam esse sine corpore Socratis, quia corpore / Socratis excoriato remanet illa in superficie corporis Socratis, ergo non est in eo / ut in subiecto; non valet. Et si dicatur quod non sit in corpore Socratis ut in subiecto, probatur: / albedo est in eo ut forma, ergo est in eo ut in subiecto.

Quaeritur si albedo Socratis / sit in solo uno subiecto. **[]** Probo quod non. Est in pluribus, quia est in omnibus illis de quibus praedicatur / hoc universale ‘subiecta[348] albedinis Socratis’. Quod illud sit universale, sic probatur. Illud praedicatur / de differentibus specie, quia de superficie Socratis et de corpore Socratis et de ipso Socrate, et sic / praedicatur de

---

345 *Quis et ubi?*

346 inC 172B11-13: Dicitur esse in aliquo, velut totum in partibus, ut corpus in omnibus suis partibus.

347 sicut + [n(on)] *P*

348 subiecta] sub(stanti)a *P*

pluribus, et sic est universale. Sed de quibuscumque praedicatur, in eisdem omnibus est albedo Socratis. / Et ita albedo Socratis est in istis pluribus differentibus specie. Et ita in pluribus. / **[]** Solutio. Non sequitur, licet sit in istis pluribus, 'ergo `est´ in pluribus', quia ad hoc ut esset in pluribus, / oporteret quod esset in pluribus differentibus numero, quia iste terminus 'pluribus' aliam vim habet iunctus / cum 'de', et aliam iuctus cum 'in'. Nam[349] iuctus cum 'de' habet hanc vim: hoc praedicatur de pluribus, / id est sic praedicatur de uno quod potest praedicari de alio quod non est illud, sive sit differens specie / sive numero. Sed, cum dicitur 'hoc est in pluribus', id est praedicatur in pluribus di(fferentibus) numero.

Adhuc opponitur, **l7ral** quia

solum est subiectum albedinis Socratis, id est Socrates,
ergo non est sup<er>ficies Socratis.

[] Non / sequitur, quia id 'solum' non excludit nisi differentia numero. Sic fallo per simi(le). Unum / solum est quod praedicatur in hac propositione 'Socrates est pater Platonis'; v(erum).

Illud solum est hoc universale 'pater', /
ergo non est hoc universale 'pater Platonis';

non sequitur.

[3.4] ¶ Item quaeritur si omnis res singularis, quae non / est substantia, sit in subiecto. **[]** Si concedatur, ergo binarius. Sed probo quod non est. In duobus / subiectis ad minus, ergo non est in subiecto <sed in subiectis>. **[]** Non valet, quia Aristoteles non fecit vim in numero[350], / immo <in>differenter posuit 'in subiecto vel in subiectis'.

[3.5] Item quaeritur si illa descrip/tio, scilicet "in aliquo ut in subiecto etc", [si] conveniat omni rei singulari quae non est substantia. /

Sic est. Ergo convenit illi individuo quod subicitur cum dico 'albedo est species'. V(erum). / Illud individuum est in subiecto, <id est> illud est in corpore albo. V(erum). Illud est in nive; / et sic, destructa nive, illud destruitur. Sed, destructa nive, illud non / destruitur, quia destructa nive vera est haec propositio 'albedo est species'; et sic / illud individuum remanet, ita non videtur esse in nive ut in subiecto. **[]** Propter / hoc argumentum concessit Alb' quod illud individuum non erat in aliquo corporum / ut in subiecto, sed est in illo solo individuo ut in subiecto quod subicitur cum dico 'hoc / universale "corpus" est genus', quia illud individuum sic se habet ad illud quod, illo destru/cto, destruitur

---

349 Nam] *lectio incerta*, .n. *P*

350 numero] u(er)bo *P*

et illud. **[]** Probatur quod non est in illo solo, quia eadem ratione est in illo in/dividuo quod subicitur cum dico 'hoc universale "substantia" est generalissimum', quia sicut illud / individuum sic se habet ad illud, eodem modo ad istud.

Postea revolv(it) ma. / et dixit quod illud individuum, quod subicitur cum dico 'albedo est species', est in unoquoque / albo ut in subiecto. **[]** Illud individuum est in Socrate albo et in asino, ergo quaedam res / singularis est in Socrate et in asino. Non sequitur, quia sensus esset quod quaedam res singularis / numero esset in Socrate et in asino, quod f(alsum). Sic fallo. Nihil est coaeternum[351] deo. Sed hoc verum 'deum / immortalem <esse>' est coaeternum[352] deo, ergo aliquid est coaeternum[353] deo. Non sequitur, quia sensus esset / quod aliqua res incomplexa esset coaeterna deo, quod f(alsum).

Item, si quaeratur quod illud / individuum sit forma alius, dicimus quod non; et nil secundum ipsum dicitur quale. **[]** Ergo non est quali/tas. Non sequitur, quia illud proprium[354] non assignatur nisi qualitati[355] singulari numero uni. / **[]** Item opponitur. Haec species 'albedo' est in Socrate ut in subiecto, ergo ita est in eo non sicut quaedam pars / eius et impossibile est esse sine Socrate. Si voluerit ita, non dixit **sine eo in quo est**, sed "in subiecto". / Tunc oppo(nitur). Socrates est in loco non sicut quaedam pars eius et impossibile est esse sine eo in quo est, / id est sine loco; ergo est in loco ut in subiecto. Item si voluerit ita, quod iste ter(minus) 'in / aliquo' iunctus cum albedine notat ut formam et non iunctus cum homine, in / duobus peccat, quia hoc, scilicet **non sicut pars**, superflue apponitur, quia nil est in ali/quo ut forma quod sit pars eius. ¶ Item potest dici secundum hoc quod illud individuum, / per quod agitur de albedine, non est in aliquo, quia non est in aliquo ut forma. **[]** Solutio[356]. Alb' / dicit quod illa descriptio est data de rebus singularibus unis[357] numero in subiecto ex/istentibus. Et tunc cessat oppositio de homine et de albedine et individuo suo.

[3.6] Nunc / de contrarietate oppo(nitur). Contrarietas est in aliquo ut forma, ergo in substantia vel non. In **|7rb|** alio est quam in

---

351 coaeternum] c(on)t(ra)riu(m) *P*

352 coaeternum] c(on)t(ra)riu(m) *P*

353 coaeternum] c(on)t(ra)riu(m) *P*

354 scil. qualitatem autem dico secundum quam quales quidam dicuntur (*cf. C*8 p. 63.17-18)

355 qualitati] q(ua)ntitati *P*

356 Solutio] Solu(m) *seu* Solu(it) *P*

357 unis] uni(us) *P*

substantia, teste Aristotele[358]. Sed probo quod est in substantia, quia est in subiecto quod est substantia, / ergo est in substantia. **[]** Solutio. Non sequitur, quia ad hoc ut esset in substantia, oporteret quod esset / in substantia ut forma; sed cum dicitur 'est in subiecto quod est substantia', sensus est: id est in subiecto / quod est substantia, vel ut forma vel alio mediante.

[3.7] Item quaeritur de odore po/mi. Quod est in eo ut in subiecto, ergo ita est in eo non sicut quaedam pars eius et impossibile / est esse sine eo in quo est. Sed probo quod possibile est esse sine eo, quia per tactum / [per] manus transi[i]t in manum, ergo possibile est esse sine eo, et sic non est in eo ut in / subiecto. **[]** Alb. solvit. Bene concedo quod odor pomi est in eo ut in subiecto. / Sed non concedo quod odor pomi transeat per tactum manus in manum, quia / alius iam nascitur in manu qui[359] est prorsus similis ei. Quod potest videri per simile, / ut morbus qui est in ove <non> transit in aliam, sed ex contagione illius alius mor/bus innascitur in alia ove. Et per aliud simile potest ostendi, ut livor qui / est in grano uno[360] non transit in aliud granum, sed aliud nascitur ex contagione / illius. **[]** Boethius vero aliter determinat praedictum argumentum in commento[361], dicens quod scienter / dixit Aristoteles **in subiecto autem dico esse quod** ita est **in aliquo non sicut quaedam pars eius(!) et(!) im/possibile est esse sine eo in quo <est>** id est sine subiecto, sive sit sive fuisset sive contingat / esse in eo. Ad hanc <de>terminationem sibimet opponit, dicens ead ratione homo / est in loco ut in subiecto, quia est in eo non sicut quaedam pars eius et impossibile est esse sine eo / in quo est, id est sine subiecto eo in quo est, id est sine loco. Huic obiectioni respon/det, dicens quoniam mutatio accidentis fit de uno subiecto quidem, [aliud] non / secundum locum, sed mutatio hominis fit secundum locum. **[]** Vel aliter exponit definitionem hanc / **in subiecto esse dico quod** ita etc. Phi(losophus) per hanc <de>termi(nationem), scilicet 'esse in aliquo', notat / id quod habet per subiectum; sed cum dicitur 'homo in loco', notat hominem habere suum / esse per subiectum, id est per locum. [] Vel sic. Non est oppositio de homine qui[362] sit in loco ut in subiecto. /

[4.0] Diximus de primo membro huius divisionis 'eorum quae sunt, alia[363] sunt in subiecto, alia non'. Nunc / de secundo dicamus.

---

358 *C* 5 p. 52.16: Inest autem substantiis et nihil illis esse contrarium.
359 qui] q(uod) *P*
360 uno] uue. *P*
361 inC 173B3-12
362 qui] q(uod) *P*
363 alia] alaa *a.c. P*

[4.1] ¶ Dicit Boethius[364] quod non esse[t] in subiecto significat substantiam. Ergo quicquid non est / in subiecto, est substantia; ergo ~~hoc accidens 'sedere' est substantia~~, ergo prima vel secunda, sed non / prima, quare secunda, ergo genus vel species, quod est impossibile. **[]** Item dicit Boethius alibi[365] / "quaestio est utrum color sit in subiecto". Haec quaestio est de genere, quia in subiecto esse vel non / esse significat duo prima rerum genera. Hic videtur Boethius esse contrarius Aristoteli, dicenti[366] / "Proprium[367] est omni substantiae in subiecto non esse". Non <solum> enim hoc est proprium illis, verum etiam convenit differentiis. / Et alibi[368], ubi dicit "omnia alia a primis aut sunt in primis aut dicuntur de primis", / sed ista universalia ~~'sedere' 'iacere'~~ 'rationale' et similia dicuntur de primis, ergo non sunt in / primis. Et sic aut contrarii sunt aut difficile erit solvere quod dicit Boethius, qui[369] / dicit[370] "per esse in subiecto intelligo accidens, per non esse substantiam".

[4.2] Un(de) Alb'. iam conces/sit quod istae differentiae 'rationale' 'mortale' et huiusmod ~~et ista verba 'sedere[371]' / 'iacere' et huiusmodi~~ erant substantiae, dicens hoc nomen 'substantia' duplicem habere / significationem, hanc scilicet 'substantia, id est res per se existens' vel 'substantia, id est res dicta **l7val** de substantia'. **[]** Et secundum hoc[372], quod concedit, habeat quod ~~hoc universale 'sedere[373]'~~ erat substantia, id est res per se / existens vel dicta de substantia. Sed, quia turpe erat concedere quia accidens esset / substantia, ideo dimisit illam sententiam. Et dicit quod Boethius scienter turbaverit in / hoc loco veritatem[374] contradicendo Aristoteli, quod ipse fecit causa exercendi lecto/res ut haberent unde possent se exercere, quia liber iste introducendus est / ad logicam, quae semper collectiva est contradictionis, id est semper tendit ad proban/dam aliam partem contradictionis.

[4.3] Vel aliter possumus determinare Boethium / vel quod dicit Boethius. Et ma. Alb' dicit quod Boethius loquebatur pueris

---

364 inC 173D9-10: Nam quod in subieto non est, substantia est.
365 DT 1197C6: si quaeratur an color in subiecto sit, ...
366 C.5 p. 50.28
367 p(ropri)u(m) *sic P*, *sed Aristoteles legit* Commune
368 *Ubinam?*
369 qui] q(uod) *P*
370 *Ubinam?*
371 sedere] sid'e *P*
372 hoc] hac *P*
373 sedere] s(ecundum) re. *P*
374 veritatem] uita(n)te(m) *P*

introducendis, / et quod ipse praedixit “per esse in subiecto intelligo accidens”, quod largius accepit, sive / sit res existens in subiecto sive sit res habens suum esse per subiectum. / Sed hoc bene erunt huiusmodi universalia, scilicet ~~‘sedere’ ‘ambulare’ etc~~, et differentiae specifi/cae accidentia. Et quod Boethius iterum dicit “esse in subiecto et non esse significant duo / prima rerum genera”, sic solvit Alb’: non significa<n>t ista, scilicet substantia<m> et accidens; sed / sigificant duo alia aequivalentia illis in continentia, quia nil continetur sub / uno illorum quod non sub aliquo istorum.

13.14) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 7va-8rb, cont. to 4.13) above

[0.1] Ad evidentiam huius quadrifariae / divisionis praemisit Boethius istas duas divisiones, scilicet ‘eorum quae sunt, alia dicuntur de subiec/to, alia non’ et ‘eorum quae sunt, alia sunt in subiecto, alia non’. Quae aequivalent istis , / scilicet ‘eorum quae sunt, aliud est universale, aliud singulare’ et ‘eorum quae sunt, aliud est substantia, / aliud accidens’. **[]** Super istam litteram dicit Boethius in commento[375] quod Aristoteles non poterat / invenire definitiones nec nomina generum per quae fit praedicta divisio quadrifaria, / ideoque utitur eorum descriptionibus pro nominibus et definitionibus quae inveniri non po/terant. In quo co<r>roboratur sententia[m] veritatis, quod illa sint genera per quae / fit praedicta divisio.

[0.2] Hic notandum est quod praedicta divisio quadrifaria fit ex / istis duabus, scilicet ‘eorum quae sunt, alia dicuntur de subiecto, alia non’ et ‘eorum quae sunt, / alia sunt in subiecto, alia non’. **[]** Hoc modo accipe primum membrum primae divisionis / et ultimum secundae, et habeb(is) primum membrum quadrifariae divisionis, scilicet / dici de subiecto et non esse in subiecto. Item accipe primum secundae divisionis et / ultimum primae, habebis secundum membrum quadrifariae divisionis, scilicet esse / in subiecto et non dici <de subiecto>. Item accipe primum posterioris et primum prioris, / habeb(is) tertium quadrifariae, scilicet esse in subiecto et dici de subiecto. Item ac/cipe ultimum prioris et ultimum posterioris, et <h>abeb(is) ultimum / quadrifariae, scilicet nec dici de subiecto nec esse in subecto. **[]** Hac intentione et uti/litate praemisit Boethius istas duas divisiones ad evidentiam supradictae <divisionis>. /

[1.1] Hic op(ponitur) super sententiam illam et positionem quam dicit ma. Al., scilicet quod primo membro / prioris et ultimo posterioris fit

---

375 inC 170D9-11: Et quoniam generalissimorum generum diffinitiones non poterat invenire, descriptionibus usus est his, ...

primum membrum quadrifariae. Dicit / ma. Al. quod ex illis duobus fit primum illius divisionis, et ita unum praedicatum. / **[]** Probatur quod non, quia primum membrum prioris divisionis et ultimum posterio/ris sunt duo genera, sed ex nullis generibus fit unum, ergo ex illis non fit unum, **l7vbl** ergo ex primo membro prioris et ultimo posterioris non fit unum, / ergo ex illis non fit primum membrum quadrifariae. **[]** R(espondet) m. Al. et dicit quod primum / membrum primae divisionis est genus, et ultimum secundae similiter; et quod ex nullis / generibus fit unum, et ex illis generibus non fit unum, non <tamen> inde sequitur 'ergo ex primo / membro prioris et ultimo posterioris non fit unum', quia iste ter(minus), / scilicet 'primum membrum prioris' duas habet significationes, quia mittit me ad / hoc genus, scilicet 'res universalis' et ad hanc differentiam 'universale'; similiter iste ter(minus) 'ultimum / membrum posterioris' mittit me ad hoc genus 'substantia' et ad hanc dif/ferentiam, scilicet 'non existens in subiecto'; sed ex hoc genere, scilicet 'res universalis', et ista differentia, / scilicet 'non existens in subiecto', [sed ex hoc genere, scilicet 'res universalis', et ista differentia, scilicet 'non / existens in subiecto'] bene fit unum; et inde non sequitur quod ex primo membro / prioris et ultimo posterioris non fiat unum. Quod ex eis fiat unum, / ostendit Boethius, dicens[376]: "in divisionibus, quaecumque sunt apta ad divisionem, eadem / aptissime ad definitionem congregamus[377]".

[1.2] Hic op(ponitur) quod ex his duobus non fit / unum, scilicet ex p<ri>mo membro prioris et ultimo posterioris[378]. Quod sic probatur. Illud <non> / praedicatur in aliqua propositione, <quia> illud non praedicatur in hac, scilicet 'omnis species corporis dicitur de subiecto / et non est in subiecto'. Quod sic probatur. Illa est mul(tiplex). Utrum. Illa locutione ostenditur / duo praedicari de uno, ex quibus non fit unum; ea ostenditur duo genera praedicari / vel dici de uno, ex quibus non fit unum. V(erum). Ergo illa est mul(tiplex). Ergo id non est / unum quod praedicatur in ea. Et sic est f(alsum) quod ex primo membro prioris et ultimo / posterioris fiat unum. **[]** Solutio. Quod dicit 'ex illis duobus fit unum', v(erum). Id unum / praedicatur in hac 'omnis species corporis dicitur de subiecto nec in subiecto'; v(erum). Quod dicit / 'illa est mul(tiplex)', f(alsum). Ea ostenditur duo praedicari, ex quibus non fit unum; f(alsum), quia ea / ostenditur unum genus praedicari et una

---

376 Div. 881A3-4 p. 18.10-11: Omne enim quicquid ad divisionem generis aptum est, idem ad definitiones rectissime congregamus.

377 congregamus] 9g(ra)gam(us) *P*

378 posterioris] p(ost)o. *P*

differentia, ex quibus [non] fit unum.

[2.0] Quod dictum / est de primo membro praedictae divisionis, potest dici de quolibet aliorum trium. / De tertio autem dicendum est.

[2.1] De quo Aristoteles ponit exemplum, scilicet esse in subiecto et dici / de subiecto. Dicit Aristoteles: **in subiecto est scientia**, quia **in anima; et de subiecto dicitur**, quia / **de grammatica**(48,1).

[2.2] Hic oppo(nit) Aba.. Quicquid praedicatur de subiecto, est universale; sed quiddam, quod est in / subiecto, dicitur de subiecto, teste Aristotele; ergo quoddam universale est in subiecto; [ergo est res] / quod est contra eius sententiam. Sed ipse exponit Aristoteles: **scientia est in subiecto** ut **in anima**; / concedit et **dicitur de subiecto**, quia nomen eius. Quam expositionem viol(e)nta(m) / et incongruam ostendo, quia talis est ista. Magister est appellativum / qui est Parisius, id est hoc nomen 'magister' est appellativum nomen et ipse / est Parisius. Et sic aut haec erit bona aut illa mala.

[2.3] Ex isto / loco, quia Aristoteles dicit **scientia est in subiecto** quia **in anima**, et **dicitur de subiecto** quia **de** / **grammatica**(48.1), confirmatur veritas[379] sententiae, quam Al. dicit, quod haec / species 'albedo' est in subiecto quia in Socrate albo, et dicitur de subiecto quia de / albedine Socratis; et similiter de unoquoque universali cuius individuum **l8ral** est in subiecto vel subiectis ut forma.

[2.4] Hic oppo(nit) de eo quod dicit Aristoteles quod / **scientia est in anima** ut **in subiecto**, quia videtur sibi contrarius ex eo quod[380] dicit[381] "perempto / animali perimitur scientia". Quod si<c> probatur falsum, quia scientia remanet in / anima ipsa s`e´parata a corpore. Quod teste Augustino[382] probatur, qui dicit anima<m> omnem / scientiam illam habere post separationem corporis, quam habet in corpore; ergo scientia / remanet animali destructo, et sic f(alsum) est quod perempto animali perimatur / scientia. **[]** Alb' sic solvit. Quod dicit Aristoteles **scientia est in anima**, sensus est, id est habet per / animam, sicut exponit: 'visio est in oculo', id est habet per oculum. Et sic non conce/dit scientia<m> in anima esse ut in subiecto.

[2.5] Item videtur Aristoteles contrarius Porphyrio, qui dicit[383] /

---

379 veritas sententiae] u(er)itatis s(e)nt(e)ntia *P*

380 quod] q(ui) *P*

381 C-7 61.15: Amplius animali quidem sublato non est scientia.

382 Augustino] agu. *P*, *Ubi?*

383 *Falsa mentionem Isag*. p. 17.20-21: id quod soli alicui speciei accidit, etsi non omni, ut homini medicum esse vel geometrem

grammaticum esse soli homini convenit. Quod probatur f(alsum) esse, quia convenit animae. / Quod sic probo. Scientia est in anima, teste Augustino[384]. `V(erum´. <Ergo> grammatica vel alia scientia. <Sed> / grammatica est in anima, ergo grammaticum esse convenit animae, ergo rei quae non est / homo. Et sic est falsum grammaticum esse convenit soli homini. **[]** Sed, quia incongruum / erat scientia<m> non esse in anima, rediit et dicit quod illa scientia, quae est in Albe. <ut forma>, / est in solo Alb' et est in anima Al.. Quod sic probat per simile. Albedo, quae est / in Socrate ut forma, est <in> [solo] corpore Socratis et in solo[385] Socrate. Ita dico de / grammatica Al..

[2.6] Super[386] hoc opponitur ei[387]. Hoc universale 'grammaticum' praedicatur de Albe. et de / anima Alb'., quae differunt specie, ergo praedicatur de differentibus specie. [Non[388] sequitur, quia ad hoc / ut praedicaretur de differentibus specie, oporteret ut praedicaretur de talibus / quorum unum non esset pars alterius]. **[]** Solutio. Ista non valet, quia 'illud universale / praedicatur de anima Socratis et de Socrate[389], quae differunt specie, ergo de differentibus specie' / non sequitur, quia ad hoc ut praedicaretur de differentibus specie, oporteret ut praedicaretur / de talibus quorum unum non esset pars alterius, nec esset nec fuisset pars [rei] / eiusdem speciei cum altero. Similiter potest probari quod hoc proprium 'risibile' praedicatur / de differentibus specie, quia praedicatur de hac specie 'homo' et de Socrate, quae differunt specie, / quia haec species 'homo' differt a Socrate per hanc differentiam 'incorporeum' et Socrates dif/fert ab hac specie per hanc differentiam 'corporeum'; ergo illa differunt specie; / et sic hoc proprium, scilicet 'risibile', praedicatur de differentibus specie. Quod non valet propter / dictam rationem.

[2.7] Item oppo(nitur) ei. Haec differentia 'perceptibile disciplinae' / praedicatur de solo homine. Sed probo quod non, Boethio teste, quia omnis differentia adveniens / huic generi 'substantia' constituit speciem, scilicet istam 'substantia[m] perceptibil(is) disci/plinae'; sed haec species praedicatur de hac specie 'homo', et dicitur ista anima humana; ergo haec species praedicatur de hac specie 'homo' et de ista 'anima humana'; ergo haec dif/ferentia de illis, et sic non praedicatur de solo

---

384 Augustino] agusti. *P*
385 solo Socrate] sola cute so, *P*
386 Super] sup(ra) *P*
387 ei] .ci. *ut videtur P*
388 n(on)] b(e)n(e) *a.c. P*
389 Socrate] plato(n)e *P*

homine. **[]** Dictum est quid sit sentiendum.

[3.0] Sic[390] / de tertio membro. Nunc de quarto est dicendum.

[3.1] ¶ In quarto ponit / Aristoteles[391] tale exemplum quod **alia** sunt quae **nec(!) sunt in subiecto nec(!) dicuntur <de subiecto>**, sicut primae / substantiae, **ut aliquis homo et aliquis equus**(48.2-4).

[3.2] Hic oppo(nitur). Omne, quod non dicitur de subiecto / nec est in subiecto, est prima substantia; sed chimaera nec est nec dicitur; ergo est prima substantia. / **[]** Solutio. Non valet, quia divisum semper intelligitur in dividenti, et est sensus: / omne quod non dicitur de subiecto nec est in subiecto est prima substantia, id est omnis res non dicta **|8rb|** de subiecto nec existens[392] in subiecto est prima substantia; sed chimaera non est res talis. Et / sic cessat[393] oppositio.

[3.3] Super hoc oppo(nitur).

Omnis res non dicta de subiecto nec exi/stens in subiecto
est prima substantia,
sed omne verum est res
nec dicta <de subiecto> nec existens / in subiecto,
<ergo verum> est prima substantia.

Quod omne verum sit tale, probo, quia omne verum / est sigulare, et sic est res non dicta de subiecto. Item quod non sit in subiecto, pa/tet, quia non est accidens. Et sic videtur quod verum sit prima substantia. **[]** Solutio. Non / sequitur. Fallo in se ipso et simili. In se ipso, sic. Omnis res non dicta etc, / id est omnis res incomplexa nec dicta de subiecto nec existens est prima substantia; sed / cum dicitur 'omne verum est res etc', id est omne verum est res complexa vel incomplexa / talis; et ideo non sequitur quod sit prima substantia. Per simile, sic.

Quicquid est, <est> substantia / vel accidens,
sed verum est,
ergo est substantia vel accidens.

Vel aliter hoc verum 'deum esse in/mortalem' est coaeternum deo,
ergo aliquid est coaeternum deo.

Non sequitur, quia / ad hoc ut aliquid esset coaeternum deo, oporteret quod esset res incom/plexa, quod falsum est.

13.15) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 8rb, cont. to 13.14) above

390 Sic] sit *P*
391 Aristoteles] alb'. *P*
392 existens] ÷ *P*
393 cessat] 9cessa *P*

Simpliciter autem <quaer sunt> individua et numero [et] **singula/ria de nullo subiecto dicuntur**(48.5).

Ad maiorem evidentiam omnium prima/rum substantarum et aliorum individuorum inducit Aristoteles hoc capitulum, scilicet / **simpliciter** etc. Non solum primae substantiae de nullo subiecto dicuntur, sed **sim/pliciter**, secundum Alba.(!)[394], id est universaliter, omnia **individua de nullo subiecto dicuntur**; / vel **simpliciter**, secundum Al., id est sine omni determinatione et divisione, **individua et / numero singularia de nullo subiecto dicuntur**. **[]** Hic subruitur error / illorum qui dicunt quod individua praedicantur de pluribus.

13.16) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 8rb-10ra

¶ **Quando alterum de altero** etc(48.8).

[0.1] Aristoteles ostensurus quae de quibus habeant praedicari ut maiora / de minoribus vel paria de paribus, vel quae a quibus habeant removeri ut / oppositum ab opposito, vel quae de quibus non habeant praedicari nec tamen removeri ut / minora de maioribus, ad evidentiam huius Aristoteles praemittit has re/gulas, scilicet **quando alterum** etc, et **diversorum generum** etc(48.13).

[0.2] Vel aliter[395] dicam, teste Alb'., / quia Aristoteles latenter volebat obviare sententiam[396] Pla(tonis) dicentis quasdam / substantias ad aliquid esse; ideoque Aristoteles praemisit has quibus concessis ipse melius / posset contradicere illi.

[0.3] Vel aliter. Dicit Boethius[397], quia Aristoteles ideo praemisit illas, quia / fecerat mentionem de esse in subiecto et declaraverat et fecerat men/tionem de dici de subiecto et non declaraverat, ideo praemisit hanc re(gulam) / **quando alterum** etc, ut demonstret quid sit dici de subiecto.

[1.0] Cui multipliciter **l8val** opponitur.

[1.1] Sed primo sic. Omnis homo est animal, sed animal est asinus, ergo homo est asinus. **[]** Solutio. / Dicimus quod in secunda nil praedicatur vel subicitur, quia minus de maiori nunquam praedicatur, Teste Boethio / et Porphyrio, quia non est verum 'si praedicatur par(ticulariter), et

---

394 alba. *sic P*, *sed fortasse* aba(elardum) *legendum*

395 aliter] alia *P*

396 sententiam] s(e)nte(n)tie *P*

397 inC 175D7-9: Patefacto igitur quid sit esse in subiecto, nunc quid sit praedicari de subiecto declarat.

praedicatur'. [] Sed <haec> eis est oppositio qui dicunt quod minus praedicatur / de maiori.

[1.2] ¶ Item illis qui dicunt quod color praedicatur de Socrate. Omnis homo est coloratus, / sed omnis color est qualitas, ergo omnis homo est qualitas. [] Ipsi sic solvunt. Sciendum / est quod duo sunt modi praedicandi, scilicet in adiacentia et in substantia; et cum Aristoteles dixit / "quando alterum de altero, quicquid de p(raedica)to, et de subiecto", sic intellexit, id est in substantia et non in / adiacentia. [] Sed ideo non cessat oppositio, quia sic dicam quod praedicabitur in substantia / 'omnis homo est rationalis', hic praedicatur rationalitas de homine in substantia, et aliud praedicatur de illo p(raedica)to / cum dicitur 'omnis rationalitas est qualitas', quare illud idem praedicatur et[398] de subiecto, ergo omnis homo / est qualitas. [] Nobis vero non est oppositio, quia non dicimus quod ibi praedicatur rationalitas cum dico / 'homo est rationalis', immo haec differentia 'rationale'.

[1.3] ¶ Item. Omnis homo est animal, sed animal / est genus, ergo omnis homo est genus. [] Non sequitur, quia illud, quod praedicatur in prima, non subicitur in secunda, / quia in prima praedicatur hoc genus 'animal', in secunda vero subicitur quoddam individuum; et est / singularis illa propositio, quia quotiens fit sermo de aliquo universali vel singulari de/terminante, illa propositio est singularis. Idem dicimus de istis 'album est accidens' et / 'risibile est proprium' et de consimilibus.

[1.4][399] ¶ Item. Omnis statua est corpus, sed omne cor/pus / est creatura dei, ergo omnis statua est creatura dei, ergo omnis statua est naturalis, / ergo nulla statua est artificialis. [] Solutio. Assumptio falsa, scilicet 'omne corpus / est creatura dei'. Si[c] ponatur nobis de auctoritate Augustini[400]: quicquid est, est crea/tor vel creatura, nos det<er>minamus eam, et dicimus quod dictum est tantum de rebus naturalibus. /

[1.5] ¶ Item opponitur. Omnis equa est hinnibilis[401], sed omne hinnibile[402] est equus, ergo omnis equa est equus. / [] Solutio. Bene concedo quod id, quod praedicatur de illo praedicato[403], et de subiecto praedicatur; sed non in hac propositione / 'omnis equa est equus', sed hic

---

398 et de] id(em) *P*

399 *Vide* [4.1] *infra*.

400 Augustini] arg(ument)u(m) *P*

401 hinnibilis] ignibil' *P*

402 hinnibilis] ig^{i}bil' *P*

403 praedicato et de subiecto] sub(iec)to (et) p(rae)(dica)to *P*

‘omnis equa est animal hinnibile[404]’.

[1.6] ¶ Omnis <aenea> statua est aes for/matum, sed omne aes formatum <est aes>, ergo omnis statua est aes. **[]** Solutio. Haec est mul(tiplex) ‘omnis aenea / statua est aes formatum’. Est aes formatum, id est habet in se formam ut in subiecto, f(alsum); / est[405] aes formatum, id est constat ex aere tanquam ex materia et ex forma sicut ex par/te sui, v(erum).

[1.7] ¶ ¶ Item. Omnis grammatica est ars, sed omnis ars est in pluribus, ergo omnis / grammatica est in pluribus, ergo grammatica Aristarchi est in pluribus, et sic quaedam / singularis scientia est in pluribus. **[]** Solutio. Non sequitur, quia id, quod praedicatur in prima, non subicitur in / secunda, quia in prima praedicatur hoc universale ‘ars’; in secunda vero subicitur hoc, scilicet ‘plures scientiae eorum/dem praeceptorum’, et est sensus: omnis ars est in pluribus, id est plures scientiae eorundem praeceptorum / sunt in pluribus.

[1.8][406] ¶ Item. Omnis essentia vocis est vox, sed omnis vox profertur / a pluribus, ergo omnis essentia vocis profertur a pluribus, quod est inconveniens. **[]** Solutio. / Id, quod praedicatur in prima, non subicitur in secunda. In prima enim praedicatur hoc universale ‘vox’; in secunda non id / subicitur, i<m>mo hoc, scilicet ‘plures essentiae eiusdem formae vocis’, et est sensus: omnis vox / profertur a pluribus, id est plures essentiae eiusdem formae vocis proferuntur a pluribus.

[1.9][407] ¶ Item. Omne nomen est vox, sed omnis vox prolata perit, ergo omne nomen prolatum perit. / **[]** Solutio. Dicimus quod iste ter(minus) ‘perit’ aliud significat iunctus cum voce[408] et aliud **|8vb|** cum nomine. Cum dicitur ‘omnis vox prolata perit’, id est amittit suum esse, id est / esse essentiae; cum vero dicitur ‘omne nomen[409] prolatum perit’, id est amittit suam / significationem, quod f(alsum) est; sed praediceretur hic, scilicet omnis essentia vocis quae est nomen pro/lata perit, id est amittit suum esse.

[1.10] ¶ Item. Nomen, quod sic declinatur / ‘dominus, domini, domino’, est nomen; [scilicet] sed omne nomen est una vox tantum; ergo hoc nomen / est una vox tantum. Sed probo contra. Est plures casus,

---

404 hinnibilis] ig^{i}bile *P*

405 est aes *transportavi*] es ÷ *P*

406 *Abelard’s argument*

407 *Abelard’s argument*

408 voce] no(m)i(n)e *P*

409 nomen prolatum] prolatum nomen *et transportanda indic*. *P*

ergo est plures voces. **[]** Solutio. / Illud, quod praedicatur in prima, non subicitur in secunda. Cum dicitur 'nomen, quod declinatur, est / unum nomen', id est diversae terminationes, quae apparent distinctae in hac de/clinatione, sunt eiusdem inventionis[410] et eiusdem significationis; cum dicitur 'omne nomen est / una vox', id est omnis essentia vocis, quae est nomen, est una vox tantum. /

[1.11][411] ¶ Socrates est homo, sed homo est dignior creatura ceteris, ergo Socrates est dignior creatura ceteris. / **[]** Solutio duplex. Non sequitur, quia iste ter(minus) 'ceteris' facit diversas relationes, / quia cum dico 'homo est dignior creatura ceteris', id est ceteris ab homine; 'Socrates est dignior / creatura ceteris', id est ceteris a Socrate; et quia 'ceteris' diversa facit relationes, / ideo non sequitur. Vel aliter. Regula sic est intelligenda: quicquid praedicatur de prae(dica)to / prorsus, et de subiecto <prorsus>; sed aliquid non praedicatur de prae(dica)to prorsus, cum dicitur 'homo est dignior creatura / ceteris', sed indefinite. Quid[412] sit prorsus praedicari, alibi[413] dicetur. /

[1.12][414] ¶ Haec <h>erba, / faciendo demonstrationem ad absinthium, est corpus; sed omne corpus / est in uno loco tantum; ergo haec <h>erba est in uno loco tantum. Sed est in pluribus, / quia est hic et Romae; ergo non est in uno loco tantum. **[]** Solutio. Conclusio mul(tiplex) est, / scilicet haec <h>erba est in uno loco tantum, si facis demonstrationem ad hanc / singularem <h>erbam, v(erum); si vero ad individua eius, f(alsum).

[1.13] ¶ Item Socrates legit, sed omne / legere est agere, ergo Socrates est agere. **[]** Solutio. Dicimus quod id, quod praedicatur in prima, non subicitur / in secunda. In prima praedicatur hoc universale 'legere'; in secunda subicitur aliud, et est sensus: / omne legere est agere, id est omne tale [est] prae(dica)tum, per quod potest ostendi de aliquo quod le/gat, est tale prae(dica)tum per quod potest ostendi de eodem quod agat. Et hoc possumus / videre, quia legere Por(phyrium) est legere, ergo est agere; et sic de aliis.

[1.14] ¶ Item. Socrates / est homo, sed omnis homo est animal necessario, ergo Socrates est animal necessario, / ergo impossibile est ipsum non esse animal, ergo impossibile est Socratem mori, / ergo est immortalis. **[]** Solutio. Dicimus quod assumptio falsa est, scilicet omnis

---

410 inventionis] inu(en)tio(n)es *P*

411 *Cf. the later example of* suppositio simpliex 'homo est dignissima creaturarum.

412 Quid] q(ui)cq(uid) *P*

413 *Vide* [2.2] *infra*.

414 *Cf. the later example of* suppositio simplex 'piper venditur hic et Romae'.

homo est animal / necessario.

[1.15] ¶ Item. Istae tres voces ‘albus’ ‘alba’ ‘album’ sunt nomen, / sed omne nomen est haec vox ‘alba’ vel alia quae non est haec, ergo istae[415] tres voces / sunt haec vox vel alia quae non est haec, sed non sunt alia quam haec, ergo sunt haec vox ‘alba’, ergo / tres voces sunt una vox, quod est inconveniens. Vel aliter. Illae tres voces / non sunt haec vox ‘alba’ vel alia, ergo non sunt nomen. **[]** Solutio. Id, quod praedicatur in prima, non / subicitur in secunda, quia propositio prima talem habet sensum: istae tres voces / sunt unum nomen, id est sunt eiusdem inventionis et eiusdem significationis; sed in secunda subicitur / hoc universale ‘nomen’.

[1.16] ¶ Item. Aeternitas est proprietas, sed omnis proprietas est res / existens in subiecto, ergo aeternitas est res existens in subiecto. Sed probo **l9ral** quod non. Aeternitas est in solo deo; sed nihil, quod sit in solo deo, est in eo ut / in subiecto; ergo aeternitas non est in eo ut in subiecto; nec in alio, ergo f(alsum) quod omnis / proprietas est in subiecto. **[]** Solutio. Cum dico ‘aetermitas est proprietas’, ibi praedicatur tantum / terminus de termi(no) in terminis; in rebus vero idem in se ipso, et est sensus: aeternitas / est propretas, id est aeternitas est aeternitas. Sed in assumptione subicitur hoc universale / ‘proprietas’ in sua propria vi. Et quia id, quod praedicatur in prima, non subicitur in secunda, ideo non sequitur. /

[1.17] ¶ Item. Deus est homo, sed omnis homo est substantia, ergo deus est substantia. Si deus est substantia, sed omnis / substantia est subiecta[416] accidentibus, ergo deus est subiectus accidentibus, quod est erroneum. / **[]** Solutio. In prima propositione idem de se ipso praedicatur, scilicet cum dicitur ‘deus est homo’; in secunda vero subicitur / hoc universale ‘homo’; ideoque non sequitur. Quod in prima non praedicetur haec species ‘homo’ de deo, [vel / subiecta] possumus videre ex Boethio dicente[417] quod hoc generalissimum ‘substantia’ / non praedicatur de deo cum dico ‘deus est substantia’; sic et haec species ‘homo’ non praedicatur de deo cum dico <‘deus est homo’. Sed cum dico> / ‘omnis substantia est subiecta accidentibus’, ibi subicitur hoc generalissimum. Inde non sequitur / quia deus sit subiectus accidentibus.

[1.18] ¶ Item. Omnis scholaris, qui est in his scholis, / est homo [est homo] existens in his scholis; sed omnis homo existens in his scholis est

---

415 istae] [i]iste *P*

416 subiecta + [i(n)]

417 *Ubi?*

/ sedens in his scholis; ergo omnis scholaris, qui est in his scholis, est [homo] sedens in / his scholis. Iste syllogismus potest confirmari hac re(gula). Sed probo quod non. Ex eo non / potest fieri enthymema vel enthymemata, quia nec ex propositione et assum/ptione nec ex propositione et conclusione nec[418] ex conclusione et assumptione. / **[]** Solutio. Dicimus quod non ex omni syllogismo <categorico> potest fieri enthymema vel enthymema/ta [categorico]. Et sic cessat oppositio.

[2.0] Nunc ad[419] expositionem regulae / veniamus.

[2.1] Boethius sic exponit[420] illam: **quando alterum de altero**(48.8) in quid vel in substantia. / Quicquid de prae(dica)to in quid vel in substantia, illud idem et de subiecto in quid vel in substantia.

[2.2] Sed secundum / hoc iste syllogismus non potest confirmari illa re(gula), scilicet[421] 'omnis cygnus est albus, sed omne / album est corpus, ergo omne cygnus est corpus', et quamplures alii. **[]** Unde sic ma. / Pe. et Al. exponunt, et in hoc concordant: Quando alterum de altero praedicatur prorsus, / quicquid de prae(dica)to prorsus, illud idem et de subiecto prorsus. **[]** Ideoque videndum est / quid sit prorsus praedicari. Prorsus praedicari est ita praedicari quod ad quodque adveniat praedicatio / subiecti, et praedicatio praedicati. Verbi gratia, sicut album praedicatur de cygno prorsus, / quia ad quodque pervenit praedicatio cygni, pervenit et praedicatio albi.

[3.0] ¶ Adhuc / aliter opponitur de praedicta regula '**quando**[422] etc'.

[3.1] Album praedicatur de homine <prorsus>, cum dico / 'homo est albus'; et[423] de prae(dica)to praedicatur affectum albedine <prorsus>, cum dico 'omne album / est affectum albedine'; et sic illud praedicatur de homine <prorsus>, et ita omnis homo / est albus. Quod album praedicetur de homine <prorsus>, sic probo. Album est in rebus huius / speciei 'homo', et in rebus oppositae speciei, ergo praedicatur de homine <prorsus>, quia aut hoc argumentum / non erit falsum aut illud Bo(ethii) erit fal(sum) quod dicit[424] "iustus praedicatur de / homine". Quod sic probat<ur>, quia non solum iustita est in hominibus sed etiam in indivi/duis supernisque substantiis, quare iustus maius est homine. Eadem ratione /

---

418 nec] (ve)l *P*
419 ad] [e]ad *P*
420 inC 176A5-C10
421 scilicet] s(ed) *P*
422 quando] q(ua)r(e) *P*
423 et de] id(em) *P*
424 inH2 p. 274.4-5

et album, et sic album praedicatur de homine <prorsus>. Sed de illo prae(dica)to <prorsus praedicatur> hoc universale 'affectum **|9rb|** albedine', cum dicitur 'omne album est affectum albedine'. Ergo illud idem debet praedicari de homine / prorsus. Et hoc per re(gulam) istam: **quando alterum de altero praedicatur** [id est quando alterum de altero praedicatur] / **ut de subiecto** id est prorsus, quicquid de prae(dica)to prorsus, et de subiecto <prorsus>. Sed album sic praedicatur / de homine et affectum albedine de a`l´bo eodem modo, ergo debet praedicari de homine prorsus, / ergo omnis homo est affectus albedine, et sic omnis homo est albus, quod f(alsum). **[]** Solutio. Album / non praedicatur de homine ut de subiecto, quia praedicari aliquid de aliquo ut de subiecto, id est / sic se habere aliquid ad aliud quod ad nihil perveniat praedicatio praedicati / ad quod non perveniat praedicatio subiecti; sed album non sic se habet ad hominem, / quia de aliquo praedicatur homo de quo non praedicatur album.

[3.2] Item probo quod album praedicatur de homine / ut de subiecto. Album praedicatur de homine ut de eo quod est ei subiectum, ergo praedicatur de eo / ut de subiecto. **[]** Solutio. Non sequitur, quia eodem modo solvitur sicut et superius.

[4.0] Praedictae / regulae op(ponitur) secundum sententiam Aba..

[4.1][425] ¶ Omnis aenea statua est corpus, sed / omne corpus est creatura dei, et sic omnis aenea statua est creatura dei. **[]** Aba. / dicit quod iste ter(minus) 'creatura dei' habet tot significationes quot sunt illi ter(mini) diversarum / significationum cum quibus potest adiungi, ideo syllogismus ille non valet.

[4.2] Nunc si omne corpus / sit creatura dei, videamus. Probatur quod non, quia si corpus quod est haec domus non est / creatura dei, quia non est creatum a deo, quia nec hodie nec <h>eri nec in aliquo / tempore fuit creatum a deo. Hodie non, quod ipse concedit. Nec heri, quia / hodie primum[426] ha(b)u(er)it esse, et sic heri non fuit. Vel, si heri fuit hoc corpus, / <h>eri fuit aliquod tectum incontinuum vel continuum; si fuerit heri incon/tinuum, ergo heri fuit plura, quod est f(alsum); item heri non fuit totam conti/nuum, quia partes illae, quae nunc constituunt hoc totum, heri erant dif/ferentes numero inter se et ab omni alia re, ergo heri non constituebant / hoc totum; <ergo> heri non erat, et ita heri non fuit creatum a deo. Nec in aliquo / tempore. Ergo non fuit creatum a deo. Et ita non omne corpus fuit a deo creatum. / **[]** Plane concedimus, sed tamen ipse solvat ad commodum suum.

---

425 *Vide* [1.4] *supra*.

426 primum] p(ri)(us) *P*

[5.0] ¶ Item secundum praedi/ctam re(gulam) oppo(nitur).

[5.1] Omnis res singularis praedicatur de uno solo, sed omne generale / vocabulum est res singularis, ergo omne generale vocabulum praedicatur de uno / solo, per re(gulam) istam: **Quando alterum** etc. **[]** Solutio. Non sequitur, quia iste ter(minus) 'praedicari de / uno solo' alteratur. Cum enim dico 'omnis res singularis praedicatur de uno solo', / id est res praedicata de uno solo; sed cum dico 'omne generale vocabulum praedicatur / de uno solo', sensus est, id est omne generale vocabulum est adiungibile uni soli, quod / f(alsum).

[5.2] Sed, si quaeratur ubi praedicetur primum prae(dica)tum de secundo subiecto, illi dicunt quod / hic 'omne generale vocabulum est res praedicata de uno solo'. Sed adhuc probo / quod haec assignatio nil valet, quia aliud praedicatur in ista, scilicet 'omne generale voca/bulum est res praedicata de uno solo', quam in prima, quia in ista praedicatur hoc genus, scilicet / 'res singularis'; in prima, scilicet in ista 'omnis res singularis praedicatur de uno solo', praedicatur / haec differentia, scilicet 'praedicari de uno solo'; et sic aliud praedicatur in prima quam in hac, scilicet / 'omne generale vocabulum est res praedicata de uno solo'; et ideo illa est **l9val** mala. **[]** Solutio. Si quaeratur ubi primum praedicetur de secundo subiecto, dicitur quod hic / 'omnis res singularis, quae est generale vocabulum, praedicatur de uno solo', et hic / praedicatur illa sola differentia.

[5.3] Similiter et hic 'omnis propositio constans ex simplici / subiecto et simplici praedicato est simplex; sed haec vox[427], scilicet "Socrates est homo", est propositio talis; / ergo haec vox est simplex', non praedicatur ibi primum praedicatum, quia est falsa. Item si di/xerit 'haec vox est propositio categorica', nec ibi praedicatur illud. **[]** Solutio[428]. Sed hic praedicatur, cum / dico 'haec propositio, quae est haec vox, est simplex'.

[6.0] ¶ **Quando alterum de altero** etc. Quaeritur quis / sit sensus huius regulae.

[6.1] Si iste fuerit sensus, scilicet si aliquis terminus praedicatur de aliquo / termino prorsus, <et subiectus praedicatur de alio termino prorsus>, quod primus praedicatur de ultimo, tunc opponitur. In hac propositione 'omne hinni/bile[429] est equus' praedicatur iste terminus 'equus' de isto

---

427 vox] uos *P*

428 Solutio] solu(m) *P*

429 hinnibile] ig^{i}bile *P*

termino ‘hinnibile[430]’ prorsus; et subiectus / praedicatur de alio termino prorsus, cum dico ‘omnis equa est hinnibilis[431]’; ergo primus praedicatur de secundo, / scilicet de equa, cum dicit ‘omnis equa est equus’, et f(alsum). **[]** Solvit ma. Pe. sic, et dicit / quod re(gula) ista sic est intelligenda. Si aliquis terminus praedicatur de aliquo termino etc, primus / terminus praedicatur de ultimo ita quod termi(nus) retineatur in eadem significatione[m]. Quod fal/lit ibi.

Sed super hoc opponitur. Haec vox ‘nemo’ est terminus, ergo est praedicatus vel subiectus vel / uterque, sed non praedicatus, quare subiectus. Iste terminus ‘nemo’ subicitur alicui, ergo / huic termino ‘lapis[432]’ vel alii. Huic subicitur, cum dico ‘nemo est lapis’; / et sic iste terminus ‘lapis’ praedicatur de hoc termi<no> ‘nemo’ in sua propria significatione. Sed[433] / iste terminus ‘aliquis’ praedicatur de isto termino ‘lapis’. Et sic ista vera est ‘nemo est aliquis’, / quod est impossibile. **[]** Ma. pe. solvat ad commodum suum.

Et no/ta quod Pe. et Alb’. concedant in hoc quod iste terminus ‘lapis’ praedicatur de isto termino ‘ne/mo’ ibi, sed hoc universale ‘lapis’ removetur ab hoc universale ‘homo[434]’. **[]** Sed vide/amus si hoc possit stare in sententia ma. Pe.. Haec species ‘homo’ nil / aliud est quam terminus, sed nullus teminus est in hac propositione quam sit haec species ‘homo’, / a quo hoc universale ‘lapis’ removeatur; et sic non videtur removeri hoc universale / ‘lapis’ ab hoc universali ‘homo[435]’.

Multis demonstravimus exemplis quod re(gula) / illa non potest servari in terminis.

[6.2] ¶ Item quaeritur si iste sit sensus / illius re(gulae), scilicet **quando alterum** etc: si aliqua res praedicatur de aliqua re prorsus, et alia / res praedicatur de illo praedicato prorsus, quod illa eadem praedicatur de primo subiecto. **[]** Probatur / quod non, quia regula illa, quae assignatur hic ab Aristotele, convenit omni syllogismo primae / figurae et modi primi; sed haec, quam diximus, non convenit omni syllogismi tali. Quod / non conveniat illi, ostenditur, quia non convenit huic ‘omnis homo est animal, sed / omne animal est aliquid, ergo omnis homo est aliquid’, quia nulla res praedicatur in hac ‘omne / animal est aliquid’, quod superius probatum est.

---

430 hinnibile] ig^{i}bile *P*
431 hinnibilis] ig^{i}bil’ *P*
432 lapis] lapidi. *P*
433 sed] s(cilicet) *P*
434 homo] ho(m)i(n)e *P*
435 homo] ho(m)i(n)e *P*

Quare regula illa non convenit illi. /

[6.3] Quid igitur est tenendum? Medium, scilicet quod iste terminus 'aliquid' ita largo modo ac/cipitur quod comprehendit termi(num) et rem[436]. Et est sensus: si aliquid praedicatur de / aliquo, id est si aliquis terminus vel res et terminus praedicatur de aliquo sive de termi/no sive re et t<er>mino; et subiectum, quicquid sit, praedicatur de aliquo prorsus / ita quod termini possint retineri in eadem significatione; primum praedicatum **|9vb|** praedicatur de secundo subiecto. Et ita exposita re(gula) ista convenit praedicto syllogismo / omnibusque alii primi modi primae figurae.

Et quod ita debeat exponi, possum / demonstrare auctoritate Aristotelis, qui dicit[437] "simplex affirmatio est enunti/atio alicuius de aliquo", id est alicuius praedicati de aliquo subiecto. Si praedicatum non / accipitur ibi indifferenter et subiectum similiter, non convenit omni simplici / affirmationi, quia teste Alb'. haec est simplex affirmatio 'pluit in Africa', nec in / ea aliquis terminus praedicatur de aliquo termino. Item simplex affirmatio est haec 'omnis homo / est aliquid', nec tamen aliqua res praedicatur de aliqua re in ea, quod superius demonstra/tum est. Ut <ergo> conveniat omni, dicit praedicatum terminum et subiectum indifferenter / accipi, id est ad rem et ad terminum.

Sicut ipse hic exponit [ita] regulam / praedictam, <ita> et consimiles his, quia ipso[438] teste omnes aliae regulae, quae de/serviunt syllogismis primae et secundae figurae, emanavere ab illa regula / quae assignatur hic.

¶ Item. Quaeritur si omnis illa oratio sit syllogismus primae figurae / et primi modi, cui convenit regula ista: si aliqua res praedicatur de aliqua re / prorsus, et subiectum praedicatur de alio, primum praedicatum praedicatur de ultimo. **[]** Dicimus quod non, / quia convenit huic orationi 'omne hinnibile[439] est equus, sed omnis equa est hinnibilis[440], / ergo omnis equa est [anima] hinnibile[441]', nec tamen haec oratio est syllogismus, quia nec hypotheticus nec cate/goricus, quia constat ~~ex quatuor terminis~~. Unde Aristoteles in Elenchis[442], "ignari vir/tutis nominum et(!) verborum(!) paralogizantur", arbitrantes idem contingere / in terminis quod in rebus,

---

436 rem] re. *P*

437 H-6 p.9.9-10

438 *Quis et ubi?*

439 hinnibile] ig^{i}bile *P*

440 hinnibilis] ig^{i}bil' *P*

441 hinnibile] ig^{i}bile *P*

442 SE-1 p. 6.11-12

quia cum in rebus hoc contingat quod, si qua res praedicatur de aliqua / re, et subiecta de alia, prima de ultima, volentes illud idem serva/re in terminis, paralogzantur. Unde et in sequentibus[443] ipse: "omnis fallacia / ex similitudine procedit".

Et sic dicimus regulam illam non posse ser/vare in terminis tantum neque in rebus tantum, sed in rebus et in terminis. Unde / dicit Alb'. quod Boethius intellexit et rem et terminum in eodem, quando dixit[444] "~~.s.a.t(er).fu(er)it / in omnibus .b~~. et tunc quando alterum de altero etc". Sciendum est quod istud 'quando' non est ac/cipiendum temporale, sed naturale quod accipiatur pro 'si'.

[7.0] Illae[445] regulae sic oppon(it) / Boethius[446]. Homo praedicatur de Socrate, et species de homine dicitur, quare species videtur dici de Socrate.

[7.1] Ex / hoc loco fuerunt multae [o]rationes contrariae.

Quida<m> enim dicebant quod hoc universale / 'species' praedicatur de homine. **[]** Cui sententiae sic opponitur ex hac regula 'si aliquid / abnegatur ab omnibus partibus quae sufficienter dividunt aliquod totum, / illud idem ab(negatur) a toto earum universaliter', sed hoc universale 'species' ab(negatur) ab omnibus partibus / huius speciei 'homo', ergo ab(negatur) ab illa[447] specie universaliter; et sic non praedicatur de ea. Vel aliter. Hoc universale / 'species' praedicatur de homine, ergo et de aliquo homine, quia si nec de aliquo, nec omnino de homine, / teste Ar(istotele)[448]. Item. Hoc universale 'species' de nullo individuo vel individuis / praedicatur, quia nec de individuis huius speciei 'homo' nec alterius; ergo non est universale. **[]** Ipsi sol/vant ad commodum suum.

Boethius vero sic exponit. Homo praedicatur de Socrate, et de homine / dicitur species ita quod de homine praedicatur hoc ipsum 'species'; sed hoc voluit intelligere: / species de homine dicitur, id est demonstratur de homine quod sit species. Et quod ita sit, **l10ral** habemus ab eodem Boethio ibidem, ubi dicit[449] quod ista vocabula, scilicet 'genus' et 'species', sunt / designativa eorum quae praedicantur de differentibus numero vel specie in quid, quia sunt ea / per quorum assignationem

---

443 SE-7 p. 18.22: amplius fallacia quidem ex similitudine, ...
444 *Ubinam?*
445 Illae] illi *P*
446 inC 176C10-14
447 ab illa] alla *P*
448 *Ubi?*
449 inC 176D12-14

ostenditur de hac specie 'homo[450]' tanquam de re subiecta / sermoni quod ipsa praedicatur de differetibus numero in quid; et sic de aliis. Et hoc vo/luit intelligere Boethius.

[8] Postea exponit Boethius[451] dici de subiecto, hoc est aliquam rem / de aliqua dici in substantia.

Quaeritur si ita accipiatur hic[452] 'dici in[453] substantia' quemadmo/dum acceptum est in secundo commento Porphyrii[454].

Dicimus quod non, i<m>mo sic largo / modo accipitur quod valet tantum dici in substantia, id est dici de subiecto prorsus.

13.17) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 10ra

Quidam enim homo <et> homo est et animal / est(48.11). Locutio, quam Aristoteles posuit hic, non videtur esse constructio, quia haec co/pulativa coniunctio, scilicet **et**, non debet copulare totum cum sua / parte, vel e contrario; et sic non videtur constructio. **[]** Dicit Alb' quod secundum / illam considerationem non videtur constructio, sed ideo Aristoteles ibi posuit / **et** ut repeteretur subiectum, et esset sensus: **quidam enim homo <et> homo est et** quidam, / id est ipse, **animal est**(48.11).

13.18) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 10ra-rb, cont. to 13.17) above

¶ Diversorum generum et <non> subalternatim positorum di/versae sunt species et differentiae(48.13). Praemissa regula, quae demonstravit quae / de quibus habeant praedicari et qualiter, praemittit Aristoteles regulam quae demonstrat quae / a quibus habeant removeri. Quae talis est: **Diversorum generum** etc.

[1] 'Diversum' hoc / nomen ibi accipitur sic, id est oppositum; et non diversum, id est non idem.[455] **[]** Et quod ita sit, / demonstro ex

---

450 homo] ho(m)i(n)e *P*

451 *Ubi? Hicne* inC 176A5-7: De subiecto vero praedicare est, quoties altera res de altera in ipsa substantia praedicatur, ut animal de homine.?

452 hic] h(oc) *P*

453 in] d(e) *P*

454 *Ubi? Hicne, e.g.* inP2 p. 194.8-11: Aristoteles enim differentias in substantia putat oportet praedicari. Quod autem insubstantia praedicatur, hoc rem de qua pradicatur, non quale sit, sed quid sit ostendit.?

455 *It is Abelard who interprete* 'diversum, id est non idem'. *See* 13.19) [4.1] *below*

Boethio[456] probante invidum non esse sapientem: “Invidus / est qui alienis bonis affligitur, sed sapiens non alienis bonis affli/gitur, ergo invidus non est sapiens”, “Quorumcumque definitiones sunt diversae, ipsa quoque sunt / diversa”, ubi[457] diversum accipitur, id est oppositum. Sed probatur quod animal non praedicatur de / homine, quia definitiones istorum sunt diversae, id est non sunt eaedem; quare homo non est / animal. Ideoque dicit Alb’ quod, sicut diversum accipitur, id est op/positum, ita et ibi.

[2] Sed, qui`a´ ‘diversum’ hoc nomen accipitur pro aliquo, / et valet tantum ‘diversa genera’ quantum[458] ‘aliqua <genera>’, ideo positum est: **Diversorum / generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae, ut animalis / quidem(!) et scientiae**.

[3.0] Hic quaeritur si omnium diversorum generum etc sint omnes diversae dif/ferentiae, id est oppositae. **[]** Sic est. Sed ista duo, scilicet ‘animal’ et ‘lapis’, sunt diversa genera / et non subalternatim posita; ergo illorum omnes differentiae sunt diversae, id est opposi/tae.

[3.1] Sed probatur quod non, quia sunt eaedem, quia istae, scilicet ‘corporeum’ et ‘~~singulare~~[459]’; / et sic non sunt oppositae. **[]** Ipsemet Boethius[460] solvit hanc oppositionem, dicens / Aristotelem non agere de constitutivis sed de divisivis.

[3.2] Super hoc opponitur. Ista duo **|10rb|** genera, scilicet ‘animal’ et ‘spiritus’, sunt diversa genera etc, ergo omnes differentiae illorum sunt diversae. / Sed probatur quod sunt eaedem, quia ‘rationale’ et ‘irrationale’ sunt differentiae utriusque, quia / dicitur ‘animalium aliud est rationale, aliud irrationale’, item ‘spirituum alius / est rationalis, alius irrationalis’; et sic falsum est quod omnium diversorum generum diversae / sint differentaie. **[]** Solutio. Isto termino ‘rationale’ duae differentiae significantur: una / divisiva animalis[461], alia est divisiva spiritus. Animalis divisiva est habens / rationalitatem; divisiva spiritus est habens rationem.

[3.3] Item opponitur. Hoc universale ‘po/tens uti ratione[462]’ est divisiva differentia utriusque, quia animalium aliud / est potens uti ratione, aliud non; similiter spirituum alius est etc. Et sic eadem / est differentia

---

456 DT 1185C11-13 & D2-3

457 ubi] n(isi) *P*

458 quantum] i(d est) *P*

459 si(n)g(u)lare *sic P*, *but* singulare *cannot be a difference common to* animal *and* lapis. *Such a difference is only* corporeum. *Perhaps we should emend it to* animata, *which is a difference common to* animal *and* planta.

460 inC 179A10-D7

461 animalis] [i]a()n)i(m)al(is) *P*

462 ratione] r(ati)o(n)ale *P*

diversorum generum etc. **[]** Solutio. Non sequitur, quia Aristoteles dixit **diversorum / generum et non subalternatim positorum diversae sunt differentiae**, non quaelibet, sed differentiae[463] con/tentae a genere **secundum speciem** id est ad modum speciei; sed, licet haec differentia 'potens / uti ratione' sit differentia divisiva huius generis 'animal', non tamen est differentia contenta sub illo / genere ad modum speciei, id est non sic se habet ad aliud quod de quocumque praedicatur haec / differentia, et hoc genus 'animal'. Et sic cessat oppositio.

13.19) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 10rb-va, cont. to 13.18) above

Posita regula, subdit / Aristoteles talia exempla **ut animalis quidem(!) et scientiae**(48.14) diversae sunt differentiae.

[1] Locus iste / est contra Aba.[464], quia, ut ipse testatur, nulla differentia substantialis est speciei nisi speciei / substantiae, sed scientia non est species substantiae. Quare exponendus est locus iste, sic: **ut** / **animalis et scientiae** diversae sunt differentiae, id est non sunt eaedem.

[2.0] Contra ipsum auctoritas / Boethii et Aristotelis est, et ratio.

[2.1] Boethius[465] sic, ubi[466] probat quaestiones de differentia esse de genere: / "Omnis species est cum divisibili differentia", ergo haec species 'scientia' est cum divisibi/li differentia. **[]** Aba.[467] sic exponit. "Omnis species est cum divisibili differentia", / id est species de omni

---

[463] differentiae] diffre *P*

[464] *Cf.* C10, p. 134: Quod autem ait **diversae sunt**, / negative accipe, hoc est: non sunt eaedem. Non enim differentias esse concedimus in specie/bus novem praedicamentorum. Praeterea, cum ait diversas esse differentias, si affir/mative sumeret, ut videlicet singulis generibus non positis subalternatim / aliquas relinqueret, non valeret probatio quam supponit, / cum videlicet ostendit animal et scientiam habere diversas differentias per hoc quod illae quae sunt / animalis, non sunt scientiae. Sic namque posset ostendi quod ego et rex diversas / civitates haberemus, quia scilicet illas quas rex habet, ego non habeo.

[465] DT 1178C1

[466] ubi] u(t) *P*

[467] *Cf.* B12, p. 284: ¶ **At si divisiva**[467](1178B15) hoc est in eo l*P178ral* quod dividit genus, proprietatem speciei tenet. Nec mirum, quia **omnis species** / **cum divisibili differentia est** hoc est habet divisibilem differentiam. Et istud / 'omnis' referendum est ad manerias specierum, non ad singulas species. / Quippe species tantum substantiae differentias habere concedimus. Quod ergo ait / **omnis species**, tale[467] est omnis maneria specierum, quia[467] et subalternae quaedam / differentias[467] habent, et specialissimae. Et hoc est: ¶ **omnis species** etc.

manerie est cum divisibili differentia.

[2.2] Item opponitur / ei. Teste Ar(istotele)[468], haec est divisio generis in species 'scientia alia est activa, alia / contemplativa'; ergo est divisio per specialia vocabula vel per differentialia. / Sed non per specialia, quia ista vocabula, scilicet 'activum' 'contemplativum', / sunt adiectiva, et sic non sunt specialia vocabula; ergo divisio facta per / ea non fit per specialia vocabula. Relinquitur ergo ut illa sint dif/ferentialia vocabula. Illa vocabula sunt differentiae, quae sunt aptae / ad constitutionem generis in species. Ergo illa vocabula sunt substantia/les differentiae, quia hae solae, scilicet substantiales, sunt aptae ad divisi/onem generis. Et sic aliqua species habet substantiales differentias, / quae non est species substantiae.

[2.3] Item Ari(stoteles)[469]: "Quantitatis aliud est continu/um, aliud discretum"; exponit Boethius[470] quod est divisio generis in species; / ergo vel per[471] specialia vel <per> differentialia; sed non per specialia, ergo per dif/ferentalia.

[2.4] Eodem argumento, quo superius probatum est, aliquam speciem / quae non est species substantiae habere[472] substantialem diffferentiam potest hac auctoritate / probari.

[3] Sed ratione artis potest illud idem probari. Hoc universale 'color[473]' est / genus huius speciei 'albedo', ergo est substantiale illi. Ergo constituit illam **|10va|** cum aliquo, sed non cum singulari, et ita <cum> universali, ergo cum genere / vel alio universali. Sed non cum genere, quia nullum praedicatum constituitur / ex duobus generibus teste Por(phyrio)[474], quia unum genus est secundum unamquamque / speciem; et sic haec species 'albedo' non constituitur ex duobus generibus. / Item non constituitur ex hoc genere 'color[e]' et aliqua alia specie. / Ratione eadem, quod non constituatur ex illo genere et accidenti, pa/tet, quia nullum accidens est substantiale alicui speciei. Ex proprio / autem, quod non sit specifica di(fferentia), non constituitur eadem ratione. / Relinquitur ergo quod constituatur ex genere illo et substantiali differentia. / Et ita aliqua species, quae non est substantiae, habet substantialem differentiam. Et sic

---

468 *Topica* VIII.1, p. 291.13: scientiarum he quidem speculative, he vero practice, ...

469 C-6 p. 54.17-18

470 inC 202D3-5: Quantitatis autem dicit esse differentias duas: quantitatis namque alia discreta est et disgregata, alia vero continua.

471 per] p(ro) *P*

472 habere] h(abetu)r *P*

473 color] doctor *a.c. P*

474 P p. 23.12-13

fal/sa est quae dicit ‘nulla species nisi substantiae habet substantialem differentiam’.

[4.1] Di/cit Aba. Quicquid vis dicere, dicas, quia te oportet dicere quod dico, / quia dicit Aristoteles “animalis et scientiae diversae sunt differentiae”, et probat sic: quia / **animalis differentiae sunt bipes et gressibile, harum vero nulla est scientiae**(48.14), / ergo animalis et scientiae diversae sunt differentiae. Nisi ita exposueris ‘diver/sae sunt differentiae, id est non eaedem’, inconveniens sequitur, quia huius pauperis / nullam habentis civitatem et regis Franciae diversae sunt / civitates, quia regis F(ranciae) sunt civitates Remis, Catala/unum[475], et Parisius; harum vero nulla est huius pauperis; ergo sunt diversae. / Non sequitur, si[476] diversae sic accipiatur, id est non eaedem[477].

[4.2] Dicit Al. / Fallax iniunxit simile, quia constans est hunc pauperem nul/lam habere[478] civitatem, et inde non sequitur quod idcirco diversae sunt / civitates pauperis et regis. Sed, quando Aristoteles dixit “diversae[479] / sunt differentiae animalis et scientiae”, constans erat apud ipsum utrumque / istorum generum habere[480] differentias. Quod ipse declarat in aliis o/peribus suis, ubi dicit quod activum et speculativum sunt diver/sae scientiae. Et idcirco bene dixit Aristoteles “animalis quidem et scientiae diversae / sunt differentiae”. Vere nulla istarum[481] est scientiae, scilicet bipes[482] et gressi/bilis, quia scientia non differt ab alia scientia in eo quod est bipes, / id est in eo quod ipsa sit bipes, id est per hanc differentiam ‘bipes’. /

13.20) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 10va-11ra, cont. to 13.19) above

Diversorum generum etc **diversae sunt differentiae**(48.13). Sed **subalternorum / nil prohibet esse easdam**(48.17), ut ‘rationale’ et ‘irrationale’, cum sint dif/ferentiae huius generis ‘animal[is]’, ipsae

---

475 Catalaunum] catela/m() *P*
476 si] n(isi) *P*
477 eaedem] heede(m) *P*
478 habere] h(abetu)r *P*
479 diversae + [ci] *P*
480 habere] h(abetu)r *P*
481 istar(um)] c(on)star(um) *a.c. P*
482 bipes] bipedi[s] *P*

eaedem[483] sunt differentiae animati cor/poris; similiter istae differentiae, scilicet ‘gressibile’ ‘bipes’ et ‘volatile’, / cum sint irrationalis animalis differentiae, etiam sunt animalis.

[0] Subalternorum / generum vero etc(48.17). Super hunc locum dicit Boethius in commeto[484] quod dif/ferentiarum aliae praedicantur de differentibus specie in quale ut anima/tum et sensibile, aliae de una sola specie ut gravi/tas de sola terra praedicatur et levitas de solo igne.

[1.0] Hic in **|10vb|** duobus videtur peccasse Boethius, cum dixit gravitatem de sola / terra praedicari.

[1.1] Quaeritur si Boethius ibi fuit locutus de significato huius nominis ‘gravitas’. / Si fuit ibi locutus de illo, falsum dixit, quia omnis species qualita/tis est opposita huic generalissimo ‘substantia[485]’, ergo haec species ‘gravitas’ / est oppositum terrae, et ita non praedicatur de illa. **[]** Solutio. Dicimus quia, / quando Boethius eo modo loquendi fuit usus, quo Aristoteles utitur in Praedica/mentis, ubi dicit[486] “qualitas suscipit magis[487] et minus”, id est quale. Et quod ita / sit quod utatur nomine rei existentis in subiectis pro ipsis quali/bus[488], ipse declarat, ubi dicit[489] “Iustitia enim non dicitur a iustitia ma/gis et minus. Iustior enim alter altero dicitur, et grammaticior alter / altero”. Eodem modo dixit Boethius[490] “gravitas de sola terra praedicatur”, id est gra/ve.

[1.2] Item hoc est impossibile, quia hoc ipsum ‘grave’ praedicatur de dif/ferentibus specie, quia praedicatur de plumbo universaliter, et de auro universaliter / cum dicitur ‘omne aurum est grave’; et ita non videtur esse verum quod / grave de sola terra praedicetur. **[]** Dicit A1. quod Boethius illo modo[491] / loquendi fuit usus quo utitur in Topicis, ut homines probatur regi / providentia, ita dicendo[492] “totus mundus regitur providentia, / sed homines sunt partes mundi, ergo homines reguntur provi/dentia”. Ibi enim accipitur ‘mundus’ pro mundanis, quia aliter / non

---

483 eaedem] heede(m) *P*
484 inC 177C4-14
485 substantia] sub’e *P*
486 C-8, p. 67.15
487 magis] mai(us) *P*
488 qualibus] q(uae)li/b(et) *P*
489 C-8 p. 67.21-26: iustitia namque a iustitia non multum aiunt magis et minus, ... grammaticior enim alter altero dicitr et iustior ...
490 inC 177C13
491 modo] mo()e *P*
492 DT 1188C3-6

esset arg(umentum), quia homines non sunt partes illius machinae, / quia neque sunt partes partium. Quare sic intelligendum est: homines / sunt partes mundi, id est sunt aliqua ex mundanis; et inde / bene sequitur 'ergo homines reguntur providentia'. Eodem modo fuit / usus Bo(ethius), cum dixit 'gravitas de sola terra praedicatur', id est grave de / solis terrenis.

[2.0] Quaeritur de huiusmodi differentiis 'animatum' et 'sensi/bile' et 'incorporeum' si sumatur a speciebus qualitatis.

[2.1] Si dica/tur quod sic, opponitur. Hoc universale 'incorporeum' sumitur ab aliqua / specie qualitatis, non ab alia quam ab incorporeitate, et / sic sumitur[493] ab incorporeita/te, et ita est simul natura cum ea. Hoc universale 'in/corporeum' est substantialis differentia praedicata de in/corporeitate universaliter et de alia specie sibi op/posita ut de virtute, ergo est prius unaquaque illarum specierum, / et sic est prius hac specie 'incorporeum'. Ergo falsa est illa sententi/a quae dicit quod species et id quod sumitur ab ea sit simul na/tura.

Huic obiectioni sic respondemus, quia hoc nomen 'incor/poreum' nihil significat <nisi> substantialem differentiam, quando[494] de anima <praedicatur> cum dicitur / 'anima est incorporea', id est habens in se <in>corporeitatem / ut forma sui; et in hac significatione non praedicatur de incorpore**l11ral**itate, habet aliam significationem secundum quam praedicatur de hac specie / 'incorporeitas[495]', cum dicitur 'omnis incorporeitas est incorporeum', id est non / corporeum. Et quod incorporeum ita accipiatur pro non corporeo, habemus / a Boethio, qui dicit[496] "lapis non est rationalis, ergo est irrationalis". Et 'irrationale' accipi/tur pro non rationali, ita 'incorporeum' accipitur pro non corporeo.

[2.2] Adhuc / opponitur. Genus teste Bo(ethio)[497] dividitur in proximas species duas, ergo hoc / genus 'qualitas' dividitur in duas proximas species. Hoc genus dividitur / in duas proximas species per differentias, quia teste Bo(ethio)[498] omnis divisio[499] / generis in species fit differentiis, id est vel terminatur differentialibus voca/bulis vel subintelligitur; et ita divisio huius generis 'qualitas' fit / differentiis. Illae

---

493 sumitur + [ab aliq(ua) sp(eci)e q(ua)litati^{s}] *P*

494 quando] q(uae) *P*

495 incorporeitas] i(n)corp(or)eitate *P*

496 *Ubi?*

497 Div. 877C9-12, p. 8.6-8: Oportet autem omnem divisionem generis in species aut in duas partes aut in plures, sed neque infinitae species esse generis possunt nec minus duabus.

498 *Ubi?*

499 divisio + [fit] *P*

differentiae sunt praedicata in quale, ergo sumuntur a / speciebus qualitatis teste Ari(stotele)[500]: "Qualitates sunt quae praedictae / sunt; qualia vero quae sumuntur ab his denominative, aut sic / aut aliter dicuntur". Illae differentiae sumuntur a speciebus qualitatis; / ergo sumuntur ab his per quas dividitur (imponatur illis nomina, scilicet 'a' et / 'b') vel ab aliis. Ab illis non sumuntur, quia sunt constitutivae illarum. / Ergo ab aliis <sumuntur> illae species. Ergo sunt a mixte his, scilicet a et b, vel conten/tae[501] prorsus sub his. Si illae species sunt a mixte illis speciebus, / iam divisio illa non sufficiens est. Item si contentae[502] sunt sub / illis, [illae species sunt posteriores, a et b] ergo illae differentiae, <scilicet a et b>, sunt / posteriores illis <speciebus>, [scilicet a et b]; et ita illae differentiae non constituent / illas species cum qualitate. **[]** Propter haec inconvenientia dixit Aba. / quod differentiae non erant nisi in praedicamento substantiae.

Al. solvit <et> di/cit quod illae differentiae, per quas hoc genus 'qualitas' dividitur in du/as proximas species, quod illa sunt praedicata[503] in quale, inde non / sequitur quod sint sumpta a speciebus qualitatis, quia Aristoteles non dixit / quod omnia qualia essent sumpta a qualitatibus. **[]** Si quaeratur a quibus su/mantur, dicitur quod sumuntur a quibusdam veris, sicut differentia illa quae / praedicatur cum colore de albedin(e), cum dico 'albedo est color al/bus'. Illa differentia non sumitur ab aliqua specie qualitatis, quia ne/que ab albedine, de[504] quo magis videtur, nec ab alia; sed su/mitur a quodam vero, id est convenit albedini gratia illius veri, / scilicet albedinem esse colorem, secundum quod[505] <verum> aliquid dicitur esse album. /

13.21) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 11ra-rb, cont. to 13.20) above

Subalternorum vero generum nihil prohibet esse easdam / **differentias**(48.17), quia omnia superiora praedicantur de inferioribus. Haec est causa / quare **subalternorum generum** etc. **Quare quaecumque fuerint**[506] **praedica/ti <differentiae>**, et **subiecti**(48.18).

---

500 C-8 p. 66.18-19
501 contentae] 9te(m)p/te *P*
502 contentae] c(on)te(m)pte *P*
503 praedicata] p(rae)dica[m(en)]ta *P*
504 de quo magis videtur nec ab alia *transportavi*] nec ab alia de quo magis videtur *P*
505 quod] que(m) *P*
506 fuerint] fiu(n)t *seu* fu(er)it *P*

[0] Locum istum dixerunt quidam emendandum fore. sic: / Quaecumque fuerint praedicati divisivae, eaedem erunt et subiecti, / ut Andronicus. Boethius[507] vero dicit quod non est ememdandus, immo Aristoteles **|11rb|** agit de constitutivis hic; et infert ab eo "omnia superiora / praedicantur de inferioribus; ergo quaecumque fuerint[508] praedica/ti, et subiecti", / quia hucusque egerat de divisivis, hic / agit de constitutivis.

[1.1] Hic opponitur. Quaecumque sunt constitutivae praedi/cati, sunt constitutivae subiecti; sed istae differentiae 'rationale' et [ir/rationale] 'mortale' sunt constitutivae hominis. Et Socrates est subiec/tum hominis, quare illae eaedem sunt constitutivae Socratis. So/crates constat ex hoc genere 'animal' et ex illis duabus differenti/is. Ergo Socrates est species, quia quicquid constat ex genere et substantialibus / differentiis, est[509] species. **[]** Sol(utio). Al. dicit quod[510] Aristoteles dixit "quaecumque differentiae / sunt praedicati, et subiecti" universalis.

[1.2] Item opponitur. Hoc universale 'grammati/cum' est subiectum hominis, ergo constituitur ex illis differentiis. **[]** Non valet, / quia hoc universale 'grammaticum' non est proprie subiectum huius speciei 'homo', quia est / a<d>iacens praedicatum.

[1.3] Item. Hoc universale 'homo albus' est subiectum huius speciei / 'homo', et sic constituitur ex praedictis differentiis. Ratione eadem ex hoc / genere 'animal', et sic est species. **[]** Item alia ratione probatur hoc idem. / Haec duo universalia, scilicet haec species 'homo' et hoc universale 'album', sunt substantialia albo[511] / homini, huic praedicato; quare quaecumque sunt substantialia illis, et illi; sed hoc / genus 'animal' et istae duae differentiae, 'rationale' scilicet et 'mortale', sunt / substantialia homini; ergo sunt substantialia huic universali 'homo albus'; et sic / homo albus constat ex illis solis.

<Solutio>. Quaecumque fuerint[512] praedicati consti/tutivae, et subiecti, id est subiecti universalis quod sit eiusdem naturae cum / praedicato; quodsi praedicatum fuerit substantia, et subiectum; et sic / de aliis. **[]** Item de hoc quod dicitur quod hoc universale 'homo albus' constat ex / hoc genere 'animal' et illis duabus differentiis, verum est; tamen non se/quitur 'ergo constat ex genere et differentiis', quia sensus esset quod consta/ret ex illis solis. Et quod ita sit, <h>abemus a

---

507 inC 178D8-180A5
508 fuerint] fiu(n)t *seu* fu(er)it *P*
509 est species] c(um) sp(eci)e *P*
510 quod] q(ua)n(do) *P*
511 albo] abbo *P*
512 fuerint] fiu(n)t *seu* fu(er)it *P*

Boethio[513]: Omnis definitio con/stans ex genere et substantialibus dfferentiis est substantialis, id est omnis de/finitio quae constat ex illis solis est substantialis, quia aliter esset falsum. / Eodem modo intelligitur ibi.

13.22) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 11rb-12vb, cont. to 13.21) above

¶ **Singulum** incomplexorum **aut / significat**[514] **substantiam aut quantitatem** aut aliquid aliorum(48.20).

[0] Praemis/sis quibusdam divisionibus, una de vocibus et altera de rebus, red/dit ad primam divisionem; et subdividit primum membrum, / scilicet dici sine complexione, sic: **Singulum** incomplexorum etc. /

[1] Quaeritur de hac divisone si sit secundum se vel secundum accidens.

Non est secundum / accidens, quia omnis divisio secundum accidens est per opposita; sed haec divi/sio non est per opposita, quia significare substantiam et quantitatem / non sunt opposita, quia conveniunt uni et eodem, ut huic / nomini 'corpus[515]'. Ratione eadem nec generis nec totius; relinquitur ergo **l11val** ut sit vocis, non alia quam vocis in modos. Et sic est divisio / vocis in modos, quia haec est oratio, qua demonstratur vox ista, / scilicet 'dici sine complexione', convenire pluribus, / vel uni et eidem[516] secundum diversos modos.

[2] Quaeritur si ibi fiat di/visio de rebus per decem membra.

Si dixerimus quod non, nec / alicubi fit, et sic nusquam. In(de) A1. dicit quod ibi fiunt / duae divisiones: una secundum vocem, altera secundum sensum. Quae talis est. / Eorum, quae sunt, alia [alia] substantia, alia quantitas, etc, sicuti cum / fit cum dicitur[517] "Argumentatio est explicatio a(rgumenti) p(er) o(rationem). Huius / autem duae sunt species: syllogismus et inductio". Hic enim fiunt duae di/visiones. Una, qua dividitur hoc universale 'oratio[518]' per quam explicatur / argumentatio; fit alia, qua dividitur hoc universale 'argumentatio', quae / talis est: argumentatio alia fit per orationem quae est syllogismus, alia per orationem / quae est inductio; quia hoc universale 'argumentatio' aut hic dividitur aut

---

513 *Ubi?*

514 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*

515 corpus] corp(or)i *P*

516 eide(m)] eode(m) *a.c. P*

517 DT 1183A9-11

518 oratio] arg(umentati)o *i.t. et s.l.* or(ati)o *P*

/ nusquam. Eadem ratione fiunt hic duae divisiones: **singulum** incomple/xorum etc.

[3.0] Quaeritur cur B(oethius) dicat[519]: "'Aut' disiunctiva coniunctio / hoc sentit [quod] ea, inter quae ponitur, simul esse non posse", id est simul / esse non posse convenire eidem subiecto. Sed[520] illa disiunctiva / coniunctio sit posita ibi, cum utrumque, scilicet significare substantiam / et quantitatem, conveniunt uni et eidem, ut corpori. Et ita / videtur male ibi esse posita. **[]** Sol(utio). Quando Bo(ethius) dixit "'Aut' dis/iunctiva coniunctio hoc sentit [quod] ea, inter quae[521] ponitur, simul esse / non posse", intellexit quando ponitur in<ter> terminos non convenientes / subiectis ex aliquo officio sermonis. Sed 'significare substantiam' et 'signifi/care quantitatem' sunt termini qui conveniunt sermoni ex officio nominis. /

[3.2] Super hoc opponitur. 'Aut Socrates non est albus aut non est niger' haec disiuncta / est vera, quia falsa**[522]** est aequipollens eius coniuncta[523]. Hic enim ponitur disiuncti/va coniunctio in<ter> terminos non convenientes <subiectis> ex officio sermonis; et / ita illi termini simul esse non possunt. Sed conveniunt eidem, / quia homini rubeo. **[]** Item. 'Aut est animal aut non est[524] homo' hic / ponitur 'aut', et tamen illi duo termini conveniunt eidem, quia / equo, quia ipse est animal et non homo. **[]** <Solutio>. Hoc autem intelligendum est quando non / proponitur inter negationes. Negationem appello vocem habentem / negativam particulam vel vim negationis implicitam, ut 'non homo'. / Et sic cessat oppositio de non albo et non nigro et ceteris.

[4.0] Quaeritur si illa / divisio sit sufficiens. **[]** Sic est.

[4.1] Opponitur. Hoc nomen 'chimaera' / est nomen, ergo sigificat substantiam vel aliquid aliorum, sed non aliquid / aliorum, ergo

<significat> substantiam,
ergo primam vel secundam.

[] Non sequitur. Sic fal/litur ~~infirmus~~.

Iste petit poma,
ergo alba vel non alba.

Non / valet.

[4.2] Item. Hoc nomen 'chimaera' sigificat, ergo substantia

---

519 SH 876C9-10
520 Sed] q(ua)r(e) *P*
521 quae] q(ua) *P*
522 falsa] u(er)a *P*
523 *scil*. 'Socrates est et albus et niger'
524 est + [a(n)i(m)al] *P*

significatur |**11vb**| illo nomine, ergo prima vel secunda. **[]** Non sequitur, quia haec propostio est vera 'chimae/ra significat substantiam', sive significet rem quae sit substantia, sive / quod constituat intellectum de re quae, si esset, esset substantia. Cum / postea dicitur 'substantia ergo significatur illo nomine', multiplex est. / Si dicis 'res, quae est substantia, significatur illo nomine', f(alsum); si vero dicis 'substantia / significatur illo nomine', id est hoc nomen 'substantia' significat intellec/tum de re quae, si esset, substantia esset, verum est.

[4.3] Item opponitur. / Haec vox 'nemo' est nomen, <et> si<c> significat substantiam vel aliquid aliorum, / sed non aliquid aliorum, sic substantiam, ergo primam vel secundam. **[]** Concessit iam Al. / quod haec <vox> 'nemo' non significabat substantiam, quia non erat vox incomple/xa sed complexa, et significabat <idem> quod haec 'nullus homo'. **[]** Sed, ut[525] haec significa/t substantiam[526], sic et illa dicitur significare substantiam, et hanc speciem / 'homo[527]'. 'Nemo' et 'nullus homo' et 'omnis homo' et 'homo' significant eandem speciem, / sed diverso modo, quia iste terminus 'homo' significat[528] illam speciem prout / habet convenire rebus; iste terminus 'omnis homo' illam eandem prout / aliquid habet praedicari de ea; isti vero, dico, termini 'nemo' et 'nullus / homo' significant illam speciem prout aliquid habet removeri ab ea. Nec est / inconveniens, si aliqui termini oppositi habent significare idem, sed / secundum diversum intellectum, ut 'homo' et 'homines' significant hanc speciem, quia / hoc nomen 'homo' significat illam prout habet convenire uni, hic ter/minus 'homines' significat illam prout habet convenire rebus ut pluribus. /

[4.4] Item opponitur. Haec vox 'res' est nomen, et sic est aliquid[529] incomple/xorum, ergo significat[530] substantiam vel aliquid aliorum.

Sunt quidam qui dicunt / quod hoc nomen 'res' significat omnes res aequivoce; et quod idem praedicatur de / se ipso, cum dicitur 'Socrates est res', quia sensus est: Socrates est Socrates. **[]** Sed eis / sic opponitur. Si idem praedicatur de se ipso cum dico 'Socrates est res', / impossibile sequitur, quia hoc praedicatum, scilicet 'per se existens', non de/bet esse

---

525 ut haec significat substantiam sic et illa] u(t) (*seu* n(on)) h(aec) sig(nifi)ca/bat s(cilicet) nec illa sic. m(odo) *P*

526 substantiam] s(cilicet) *P*

527 homo] h(om)o e(st) *seu* ho(min)e(m) *P*

528 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*

529 aliquid] aliq(uod) *P*

530 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*

adiungi huic termino ‘res[531]’ praedicato de Socrate, / quia ‘per se existens’ intelligitur in Socrate, sed <aliquis terminus> adiungitur illi nomini / cum dico ‘Socrates est res per <se> e(xistens), ergo est res’; ergo aliquis terminus, <quae> praedicatur in / prima coniunctim cum aliqui<bus>, in eadem significatione praedicatur per se <in secundis>; / non alius quam iste terminus ‘res’, et sic iste terminus ‘res’ <praedicatur per se>.

Item / sunt alii qui dicunt quod non est oppositio de re, licet sit in/complexum, quia hic non agitur nisi de incomplexis predicamentalibus. /

Al. aliter sentit et[532] dicit. Hoc nomen ‘res’ significat substantiam, / et sunt ibi duo sensus: significat[533] substantiam, id est constituit in/tellectum de re quae esset substantia si esset, vel de re quae sit / substantia; non: significat substantiam, id est constituit intellectum / spectantem ad substantiam, cum non habeat aliquod significatum / facere. Eodem modo, significat quantitatem et alia praedica<men>**l12ral**ta; non tamen sequitur ‘ergo significat decem’, quia sensus esset quod constituent / intellectum de decem rebus vel de re aliqua decem intellectuum[534]. /

[5.0] Item quaeritur de hoc nomine ‘homines’ <si> significet <substantiam vel> aliquid[535] aliorum.

[5.1] Si dixerimus / quod sic, ergo substantiam vel aliquid[536] aliorum; item si substantiam significat, / ergo primam vel secundam; sed non primam, sic secundam, ergo genus vel species; sed / non genus, ergo speciem, non aliam quam hanc speciem ‘homo[537]’, sic ipsam. /

[5.2] Sed probatur multis rationibus quod non significat illam speciem, quia (1) locus est / hic ab oppositis ‘Socrates est homo, ergo non est homines’; praedicata sunt opposita; / et sic id, quod significatur isto termino ‘homo’, est oppositum illi quod si/gnificatur isto termino ‘homines’. (2) Item. Quod significatur isto termi/no ‘homines’, removetur ab omni parte huius speciei ‘homo’; et sic / removetur ab illa universaliter; et sic non significat[538] idem. / (3) Item. Nullum animal est homines, sed omnis homo est animal, ergo nullus / homo est homines. (4) Item. Si idem significatur illis duobus, ergo quicquid praedicatur / de

---

531 res] rei *P*
532 et] q(uia) *P*
533 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*
534 intellectuum] i(n)tellect(us) *P*
535 aliquid] aliq(uod) *P*
536 aliquid] aliq(uod) *P*
537 homo] ho(m)i(n)e(m) *P*
538 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*

significato unius, praedicatur de significato alterius; sed unum / praedicatur de significato huius nominis ‘homo’; ergo praedicatur de significato alterius, quod fal/sum est. (5) Insuper quinta probatio. Si idem est significatum istorum / terminorum, ergo unum non potest esse sine altero. Sed unum potest esse / sine altero, quia, destructo omni homine uno solo excepto, / quod significatur ista voce ‘homo’ erit, nec quod significatur ista voce / ‘homines’ erit, quia nullae res erunt homines. **[]** Et idcirco dixit ℙ. quod / nomina pluralis numeri potius spectabant ad quantitatem / quam ad aliquid aliorum[539].

[5.3] Praedictas obiectiones sic solvimus, / quia (1) cum dicitur ‘Socrates est homo, ergo non est homines’, locus est hic ab oppositis / in terminis et non in rebus aliquibus, quia non sunt <aliae> res quae significentur / illis nominibus, quia una res significatur ab utroque.

(3) Item de hoc quod / dicitur ‘nullum animal est homines, sed omnis[540] homo est animal, ergo nullus homo est / homines’. Quod significatum huius nominis ‘homines’ hic removetur ab hoc genere ‘animal’, / dicimus quia non, quia quando nomina diversorum numerum[541] iungitur insimul, tunc / retrahuntur illa nomina a sua propria significatione ad aliud signifi/candum, ut cum dicitur ‘nullum animal est homines’, id est nullum unum animal est / homines. **[]** Sed super hoc opponitur. ‘Nullum unum animal est homines’ hic remo/vetur quod significatur ab hoc nomine ‘homines’ ab hoc universali universaliter. Et subiectum / praedicatur de hac specie ‘homo’, cum dico ‘omnis homo[542] est unum[543] animal’. / Ergo removetur significatum huius nominis ‘homo[544]’ ab hac specie ‘homo’, quod / falsum est. **[]** Hic sciendum est quod hoc universale ‘unus[545]’ non praedicatur de hac specie / ‘homo’, cum dico ‘omnis homo est unus[546]’; immo de hoc universali ‘unus homo’, / quia numeralia nomina, quando ponuntur in praedicata parte sive / in subiecta, semper retrahunt subiectum sive praedicatum ad signi/ficandam partem in toto. Ita soluto, ex syllogismo non sequitur **|12rb|** quod id significatum isto termino ‘homines’ removeatur a significato huius / termini ‘homo’.

(4) De hoc autem quod dicitur quod hoc praedicatum ‘unum’ / de

---

539 aliquid aliorum] aliorum aliquid *et transportanda indic*. *P*

540 omnis] ho(min)i^{s} *P*

541 numerum] no(m)i(n)um *P*

542 homo + [q(uod) falsu(m) ÷] *P*

543 unum animal] uiuu(m) *P*

544 homo] ho(min)i^{s} *P*

545 unus] u(niversa)le *P*

546 unus] uniu(er)sal(is) *P*

omni individuo hominis praedicatur, ergo et de illa specie cum dicitur ‘omnis / homo est unus’, non valet, quia non est in regula <haec> ‘quicquid praedicatur de unaquaque / parte, et toto’, sed haec ‘quicquid convenit singulis partibus, / convenit et toti’. Et quod ita sit, testatur Boethius in Topicis, ubi / probat quod virtus est habitus mentis bene constitutae, dicendo[547] sic / “iustitia est habitus mentis bene constitutae, et ca/stitas et prudentia, igitur virtus est habitus mentis etc. Locus / est a generis partibus. Maxima propostio: quicquid convenit sin/gulis partibus, et toti”. Sed hoc praedicatum ‘unum’ non / convenit singulis partibus huius speciei ‘homo’, et sic non praedicatur de illa / specie ‘homo’ universaliter.

(5) Item, quod dicitur quod iste terminus ‘homo’ a/liud significat quam iste terminus ‘homines’, quia unum potest esse sine / altero, negatur aperte. Sed, si quis ita provaverit ‘aliqua res / erit homo, nec aliquae erunt homines’, non sequitur. Sic fal(sificatur). ‘Generat’ / et ‘generavit’, licet significent idem, tamen unum potest convenire a/licui ut Platoni cum dico ‘Plato generat Socratem’, nec / alius non conveniet illi ut dicatur ‘Plato generavit Socratem’, quia / modo generat ipsum. Eodem modo isti duo termini ‘homo’ et / ‘homines’ significant idem, sed secundum diversos intellectus, quia ‘homo’ si/gnificat illam speciem prout habet convenire rei ut uni, ‘homines’ / vero prout[548] habet convenire rebus ut pluribus.

[5.4] ¶ Probatur quod i/sti duo termini, scilicet ‘homo’ et ‘homines’, significant idem, quia

hoc no/men ‘homines’ est nomen pluralis <numeri>
descendens ab hoc nomine ‘homo’
per so/lam formationem,
ergo significant idem.

[] Hoc argumentum videtur / posse falsificari, sic.

Hoc nomen ‘victricia’ est nomen / pluralis numeri
descendens ab hoc nomine ‘victrix’
per solam forma/tionem,
ergo significant idem.

Quod falsum est, quia aliam habet vim / hoc nomen ‘victrix’ cum dicitur ‘istae mulieres sunt victri/ces[549]’, et aliam cum dicitur ‘haec signa sunt victritia’, quia cum dico / ‘mulieres sunt victrices’, id est habent victroriam; cum di/co ‘signa sunt victritia’, id est sunt denotantia victoriam. / **[]** Sed sic non posset falsificari. Hoc nomen ‘homines’ est nomen plura/lis

---

547 DT 1188C13-D8

548 prout] p(ropri)u(m) *P*

549 victrices] uict(ri)/ce(n)^{s} *P*

numeri descendens ab hoc nomine ‘homo’ per solam formationem, / ita quod convenit rebus quibus convenit ‘homo’; et sic significant idem. /

[6.0] Dicit Boethius in Divisionibus[550] quod haec est divisio generis in species ‘animali/um alia sunt rationalia, alia irrationalia’.

[6.1] Quaeratur[551] a magistro .P. / si genus dividatur[552] ibi. Secundum ipsum, omne genus est sermo; item omne genus / est pars illius divisionis; ergo genus, quod dividitur praedicta divisione, **|12val|** est pars eius; et ita est prima vel secunda pars vel ultima; si est / prima pars, ergo cum iste terminus ‘animalium’ sit prima eius / pars, et erit genus ‘animalium’ hic terminus; et ita / terminus non praedicabilis est genus. **[]** Item quaeratur[553] si genus / dividatur ibi in species aliquas quae sint ibi. Si dixerit quod / sit, tunc opponitur. Aliqui sermones qui<dem> sunt species, per quos / dividitur; sed non sunt alii per quos dividatur, nisi per / istos ‘animalia rationalia’ et ‘animalia irrationalia’; et i/[i]ta isti <sermones> sunt species. Sed <isti> non sunt hae species ‘animal / rationale’ et ‘animal irrationale’, quia locus est ab / oppositis ‘Socrates est animal rationale, ergo non est / animalia rationalia’; ergo non sunt illae. Nec aliae, / quia nec species animalis[554] nec alterius generis. Ergo <isti sermones> non sunt species. / Et sic divisio facta per illa non est generis in species. /

[6.2] Nobis autem sic opponitur. Praedicta divisio est generis in / species. Aliquae[555] species significantur istis vocabulis ‘animalia / rationalia’ et ‘animalia irrationalia’. Sic est. Illae sunt species / substantiae. Sic est. Continentur ergo sub aliquo subalterno / eius generis ‘substantia[li]’. Sic est. Istae duae species sunt conten/tae sub hoc genere ‘animal[i]’, quod[556] praedicatur de omnibus illis de quibus / praedicantur istae duae ‘animalia rationalia’ et ‘animalia irration/alia’. Et sic videntur eaedem <ac ‘animal rationale’ et ‘animal irrationale’>.

[6.3] <Nos immo dicimus>: Et sic duo termini / ‘animal rationale’ et ‘animalia rationalia’ significant idem.

Item. / Alia ratione probatur quod ‘animal’ et ‘animalia’ significant idem, quia si / non significant idem, nil valet probatio Boethii[557],

---

550 Div 877C5-6
551 Quaeratur] q(uaeritu)r *P*
552 dividatur] diuid(itu)r *P*
553 quaeratur] q(uaeritu)r *P*
554 animalis] sub(iec)ti *P*
555 aliquae] aliq(ua) *P*
556 quod praedicatur] q(uae) p(raedica)n(tu)r *P*
557 Boethii] boetica *P*

cum probat / arbores non esse animalia, dicendo[558] sic: “omne animal est substantia / animata sensibilis, sed nullae arbores sunt substantia / animata sensibilis, ergo nullae arbores sunt animalia”. Ergo, si / ‘animal’ et ‘animalia’ non significant idem, potest probari ratione eadem / quod nulli homines sunt animalia, cum tamen vera sit contraria eius, scilicet ‘omnes / homines sunt animalia’.

Item probatur quod ‘animal’ et ‘animalia’ significant / idem alia ratione, quia isti duo termini ‘currit’ et ‘currunt’ / significant idem. Quod sic probatur. ‘Curritur a Socrate’ hoc impersonale / ‘curritur’ significat ibi <idem> quod ‘currit’, quia sensus est: curritur a / Socrate, id est Socrates currit. In eadem sigificatione accipitur, cum dicitur ‘cur/ritur ab istis duobus’, <id est isti duo currunt>. Isti duo termini ‘currit’ et ‘cur/runt’ significant illud idem quod istud impersonale ‘curritur’, ergo si/gnificant idem. Ratione eadem ‘animal’ et ‘animalia’.

[7.0] Quaeritur de huiusmodi / nominibus, scilicet ‘homuncio[559]’ et ‘pisciunculus[560]’ et ‘homunculus[561]’ et ‘crea/tor[e]’ et ‘creatura’ quid significent.

[7.1] Dicit A1. quod significant ad aliquid. / Ista vero ‘miles’ et ‘sacerdos’ et nomina officiorum ad qualitatem **|12vb|** pertinent. Attamen ista nomina, scilicet ‘vox’ et ea quae continen/tur sub voce, sicuti ‘affirmatio’ ‘negatio’ ‘propositio’ et his similia / et ‘verum’ et ‘falsum’, omnia ista pertinent ad qualitatem.

[7.2] Fuit / tamen tempus in quo dicebantur non esse incomplexas huiusmodi voces, / quia ‘incomplexum’ dicebatur duobus modis, sive quod esset vox / quae proferentur[562] ad aliquid significandum sine iunctura dictionum, / sive quod esset vox quae ita proferentur[563] quod nominaret ea quae dicuntur / cum complexione; sed istae voces, scilicet ‘propositio’ ‘affirmatio’ et ‘negatio’ nominant / ea quae cum complexione dicuntur; et idcirco non dicebantur sine comle/xione.

13.23) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 12vb, cont. to 13.21) above

---

558 *Cf*. DT 1196C11-15: Ab hac ita ducitur argumentum ut sit quaestio an arbores quoque sint animalia. Dicam: ‘animal est substantia animata sensibilis, arbor non est substantia animata sensibilis’; concludam: ‘non sunt igitur arbores animalia’.

559 homuncio] homo(n)tio *P*

560 pisciunculus] pisci`s´culu^{s} *P*

561 homunculus] homulul(us) *P*

562 proferentur] p(ro)pffere(n)t(ur) *P*

563 proferentur] p(ro)ffere(n)t(ur) *P*

Posita divisione eorum quae dicuntur sine complexione, / subdit exemplum eorum quae significant substantiam. **Est / autem substantia**(48.22) id est sermo significans substantiam **ut** hoc / nomen '**homo**' et hoc nomen '**equus**'**, ut figulariter quidem dicatur** / id est ad similitudinem istorum ~~figura est ibi~~: alia nomina / significare substantiam.

Aliter secundum A1., quia de rebus et de sermonibus. / **[]** De rebus sic exponit. **Est autem substantia** id est res quae est substantia **ut homo et** / **equus, ut figuraliter dicatur** id est ad similitudinem istorum a/lia invenies. **[]** De sermonibus, sic. **Est autem substantia** id est nomen si/gnificans substantiam ut hoc nomen '**homo**' et hoc nomen '**equus**', **ut figuraliter** / **dicatur** id est ut secundum figuram dicatur. Figura enim dicitur esse ibi ubi nomen / transfertur a sua propria significatione ad se ipsum significandum / vel ad aliud, sicuti est hic, ~~et ut~~ cum dico '"magister" est no/men appellativum'.

Est autem **quantitas ut bicubitum** et **tri/cubitum**(48.23). Similiter et de aliis ponit exempla. Et nota[t] / quod ponit exemplum de subiectis, ut notet ea esse quantitates / vel qualitates.

13.24) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 13ra

Substantia autem est quae proprie et principaliter et maxime etc(48.32). /

[0] Praemissis quibusdam tractatibus et divisionibus et regulis et quibus/dam capitulis quae valde erant necessaria ad cognitio/nem praedicamentorum, incipit tractare de praedicamentis. /

[1.0] Et primo de substantia, quia substantia est prior natura omnibus aliis, / quia ipsa est qua destructa destruuntur omnia alia.

[1.1] Dicit / A1. quod haec non est sufficiens ratio quare substantia sit prior aliis / natura, sed haec cum aliis, quia substantia est prior natura aliis / eo quod ipsa destructa destruuntur omnia alia, et quod / motu suo est causa omnium aliorum.

13.25) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 13rb-va

[0] De hac divisione 'substantiarum / alia est prima, alia est secunda' quaeritur si sit secundum se / vel secundum accidens.

[1] Dicimus[564] quod secundum se. Ergo est vel generis vel totius vel vocis. / Non est totius.

---

564 Dicimus quod] (er)g(o) *P*

[2.1] Dicit Aba. quod est vocis in modos. Et[565] est sensus: / substantiarum alia est prima, alia est secunda, id est sermo si/gnificans substantiam alius est significans substantiam discrete ut omne / proprium nomen hominis, alius est significans substantiam indiscrete ut / omne appellativum nomen substantiae ut hoc nomen 'homo' et [si][566] **|13va|** similia.

[2.2] Tunc <ei> opponitur, quia haec divisio non est per opposita, / quia idem nomen significat substantiam discrete et indiscrete, / ut hoc nomen 'leo'.

[2.3] Quaeritur <etiam ab eo> si hoc nomen 'substantia' accipiatur proprie in / divisione illa. **[]** Si ibi accipitur proprie, ergo ibi est genus, ergo genus di/viditur ibi, et si`c´ non est divisio vocis. **[]** Si accipiatur ibi improprie, / tunc opponitur, quia hoc universale 'prima substantia' et 'secunda substantia' / non sunt partes substantiae, ergo nil valet arg(umentum) quod Aristoteles facit, cum di/cit[567] "nulla prima substantia est in subiecto, et nulla secunda, ergo nul/la est in subiecto"; nisi prima substantia et secunda esse<n>t partes / substantiae, nil valeret argumentum illud.

[3.1] Probatur quod prima substantia / est substantia, quia dicit Aristoteles "Prima substantia est quae propre et principa/liter et maxime dicitur substantia(48.32)", ergo prima substantia est substantia.

[3.2] I/tem ~~habet~~ Bo(ethius) in secundo commento Periherminiarum, cum dicit[568] / "Est autem simplex enuntiatio una affirmatio, deinde negatio". / Cum probat affirmationem et negationem species enuntiationis / esse coaequas[569], dices <quod>, licet affirmatio sit prior secundum quandam dignita/tem negatione, tamen sunt coaequae[570] species enuntiationis. Si/c[ut] prima substantia, licet sit prior secunda natura, tamen sunt coaequae[571] species / substantiae.

[3.3] Et quicumque hanc non dixerit esse divisionem generis / in species, a via veritatis exorbitat. His rationibus demon/stramus illam esse divisionem generis in species.

[4.1] Probatur quod non, / quia si est divisio generis in species,

---

565 Et] s(ed) *P*

566 *reliqua foliae 13rb vacua*

567 *Ubi*

568 inH2 p. 125.26-28: Est autem una prima oratio enuntiativa affirmatio, deinde negatio = H-5 p. 8.13

569 coaequas] coeq()ua^{s} *P*

570 coaequae] coeq()ue *P*

571 coaequae] coeq()ue *P*

ergo fit per specialia vocabu/la vel differentialia; sed non fit per specialia, quare per differentialia. / Quod non fiat per differentialia, sic probatur. Ista duo vocabu/la, scilicet 'primum' et 'secundum', significant relativa, quia primum / dicitur respectu secundi; ergo non significant differentiam; ita di/visio facta per ea non est facta per differentialia vocabu/la. **[]** Dicimus quod hoc nomen 'primum' et hoc nomen 'secundum' non re/tinentur in propria significaitone, immo aequipollent istis vo/cabulis 'universale' et 'singulare', quae significant differentias.

[4.2] Item. / Si est divisio generis in species, de quocumque praedicatur divisum, et aliquid[572] / de dividentibus. Sed divisum praedicatur de aliquo, de quo non praedicatur / aliquid[573] de dividentibus, quia de hoc universali 'incorporea substantia', / de quo non praedicatur aliquid[574] de dividentibus, <scilicet 'prima substantia'>. **[]** Idcirco sic deter/minatur regula: de quocumque praedicatur divisum, et ali/quid[575] de dividentibus, id est de quocumque singulari praedicatur / divisum, et aliquid[576] de dividentibus.

13.26) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 13va-14rb, cont. to 13.25) above

[0] Quaesitum est de illa / divisione si sit sufficiens et per opposita et generis / in species, et dictum est quod sic. Species vero huius generis 'prima[577] / substantia' sunt hoc universale 'corpus' et omnes species contentae[578] sub cor**|13vb|**pore, et individua istarum specierum sunt individua primae / substantiae. Secundae vero substantiae species sunt specialissimae <et> secunda / substantia generalis et secunda substantia specialis; individua huius sunt / individua illa ex quibus agitur de universalibus quae continentur in / primo praedicamento.

[1.0] Quaeritur si illud individuum, quod su/bicitur cum dico 'substantia est genus', [si] sit simul natura cum hoc / genere 'substantia'.

[1.2] Probatur quod sic. Ista duo convertuntur sibi / ipsi secundum quod est esse consequentiam, id est secundum veram consequentiam, / quia verum est 'si hoc idividuum <est>, et illud

---

572 aliquid] aliq(uod) *P*
573 aliquid] aliq(uod) *P*
574 aliquid] aliq(uod) *P*
575 aliquid] aliq(uod) *P*
576 aliquid] aliq(uod) *P*
577 prima substantia] p(ri)me / sub(stanti)e *P*
578 contentae] c(on)te(m)pte *P*

generalissi/mum est, et e converso'; igitur sunt simul natura. Et ita u/num non est prius altero.

[1.3] Probatur quod non sunt simul natura, / quia hoc generalissimum 'substantia' est prius omni sua specie, / ergo est prius omni individuo contento sub una/quaque illarum specierum; et ita est prius illo individuo / quod subicitur ibi. **[]** Et sic videtur esse prius illo et simul natura. /

[1.4] Solvit A1. `et´ dicit: Licet convertantur sibi ipsi secundum quod est esse conse/quentiam, non tamen sunt simul natura, quia teste Ar(istotele)[579] ea / dicimus esse simul natura quae convertuntur sibi ipsi <secundum> quod est esse con/sequentiam ita quod neutrum neutri est causa; sed, licet il/la duo convertantur sibi ipsi secundum quod est esse consequentiam, non / tamen sunt simul natura, quia unum est causa alterius, quia / substantia est causa illius individui, quia est causa omnium / suarum specierum, ergo multo magis est causa suorum /[580] individuorum, teste Bo(ethio)[581]. /

[1.5][582] Hic fallitur. Oratio illa, qua dicitur hominem esse, et hoc / verum 'hominem esse' convertuntur sibi <ipsi secundum> quod est esse consequentiam, / non tamen sunt simul natura, quia unum est causa alterius, teste / Ar(istotele), quia verum est causa orationis verae, sed oratio vera / non est causa quare verum sit. Et inde non sequitur quod sint simul / natura.

[1.6] Item <opponitur>.

Illud indviduum, quod subicitur
in / hac propositione 'substantia est genus', est,
quo destructo, de/struuntur omnia,
ergo aliquod individuum est,
quo de/structo, destruuntur omnia[583].

[] Non sequitur, / quia sensus est: quoddam individuum est quo destructo / de(struuntur) o(mnia), id est quoddam individuum unum numero est quo / destructo omnia destruuntur, quod falsum est. / Per simile.

'Deum esse <ae>ternum' [et unum]
hoc verum / fuit coaeternum deo,
igitur aliquid fuit coaeternum / deo.

---

579 C-13 p. 76.25-27

580 + [(et) h(oc) u(er)um ho(min)em] *P*

581 *Ubi?*

582 *Contra* [1.2]

583 omnia + [i(d est) q(uod)da(m)] *P*

[2.0] Quaeritur quid subiciatur in hac propostione / ‘animal est genus’.

[2.1] Quidam dicunt quod universale **|14ra|** subicitur. Similiter et hic ‘homo est species’.

[2.2] Sed eis opponitur. **[]** Si / ibi subictur universale, ergo homo vel aliud; sed non aliud; ergo haec species ‘homo’. <Sed> / hoc ipsum ‘species’ praedicatur de homine; ergo de aliquo homine, quia si de / nullo, nec de homine. Et sic non subicitur ibi hoc universale ‘homo’. / **[]** Item probo quod <universale> non subicitur ibi. Hoc universale ‘species’ non praedicatur de hoc universali ‘homo’. / Nam[584] iste terminus ‘haec species “homo”’ et significatum huius termini ‘homo’ sunt / opposita, quia haec species ‘homo’ `non´ est homo[585], / et nullus homo est haec species; et nihil, quod sit haec / species ‘homo’, est homo, et e converso. Ergo sunt opposita, ergo iste terminus ‘homo’ / non <commutatur> per hunc terminum ‘haec species “homo”’, ergo nec hic cum dico ‘haec species “homo” est species’. / **[]** Item iste terminus ‘haec species “homo”’ est oppositus cuilibet termi/no proprie significanti illam speciem, quia huic, scilicet ‘homo’, et isti, / scilicet ‘homines’; ergo est oppositus[586] illi[us] speciei, ergo illa non subicitur / ei, ergo nec hic cum dicitur ‘homo est species’. **[]** Item ‘Socrates est homo, ergo non est species’. / Locus est ab oppositis in rebus, et vis inferentiae est inter praedi/cata, et subiectum est idem; ergo praedicata[587] sunt diversa, ergo unum / non subicitur alii, ergo hoc universale ‘homo’ non subicitur huic universali ‘species’. / **[]** Item quorumcumque continentia sunt opposita, et ipsa quoque <contenta> / sunt opposita; sed continentia horum, scilicet homo et species, sunt op/posita, scilicet corporeum [g] et incorporeum; ergo et ipsa contenta sunt / opposita; ergo unum non praedicatur de altero.

[2.3] Sed probo quod indivi/duum subicitur, cum dicitur ‘homo est species’.

Illa propositio est singularis; / ergo[588] in ea subicitur individuum, quia dicit Boethius[589] “Singula/ris propositio est illa quae individuum singulariter[590] proponit”. **[]** Quod / sit singularis, probo. Ipsa non est

---

584 Nam] Ite(m) *P*

585 homo + [(et) e c(on)u(er)so (er)g(o) s(un)t oppo(s)ita / (er)g(o) iste t(er)mi(nus) h(om)o] *P*

586 oppositus] pppo(s)it(us) *a.c. P*

587 p(rae)dicata] p(rae)dicatu(m) *a.c. P*

588 ergo] g(enus) *P*

589 *Ubi?*

590 singulariter] si(n)g(u)leq(ue) *P*

universalis nec particularis nec indefi/nita, ergo est singularis. Quod non sit universalis nec particularis, patet. / **[]** Quod non sit indefinita, probo. Illa est indefinita, et fit / sermo de hoc universali 'homo', ergo vera est pro re illius subiecti, ergo quidam / homo est species. Vel aliter. Ipsa est indefinita; ergo aequipollet / particulari, quia omnia indefinita aequipollet particulari; ergo vera haec est 'quidam / homo est species'. Aliter. Haec est vera 'nullus homo est species', ergo fal/sa est 'homo est species', quia dicit Boethius[591] "Sicut parti(culares) dividunt / verum et falsum cum universalibus, eodem modo et indefini(tae)". Simi/le. Haec est vera 'nullus homo est lapis', ergo falsa est 'homo est lapis'. / A simili haec est vera 'nullus homo est species', ergo falsa est 'homo / est species'.

[3.0] Nunc quaeritur de individuis quae subiciuntur[592] cum dicitur 'homo / est species' et 'animal est genus', cum sint substantiae, an sint primae / substantiae.

[3.1] Dicimus quod sic.

[3.2] Sic opponitur.

Illud individuum, / quod subicitur cum dicitur
'homo est species', est prima substantia,
ergo subicitur **|14rb|** primae substantiae.

[] Fallo i(n) si(mili).

Album est accidens,
ergo subicitur acciden/ti.

[3.3] Aliter. Illud individuum, quod subicitur cum dicitur 'homo est species', [illud] / est prima substantia; haec propositio est singularis[593], et agitur ibi de singulari; ergo il/lud ibi subicitur. **[]** Solutio. Non est simile, quia aliud de illis in/divi(duis) quae subiciuntur <fit sermo>, et <aliud> de illis fit sermo ut de Socrate; et aliud / de illis <de> quibus fit sermo <subicitur>, et aliud subicitur sicut de illis indivi/duis. **[]** Dicit ma. P. et Al. quia, cum dicitur 'illud individuum / est prima substantia quod subicitur cum dicitur "homo est species"', tunc fit sermo / de illo individuo, et aliud subicitur; item 'illud est prima / substantia', de illo fit sermo, et [et] aliud subicitur; et sic de aliis; / et ita ratio procedit ad infinitum. **[]** Dicimus quod non est inconve/niens, quia teste Por(phyrio)[594] individua

---

591 *Ubi?*

592 subiciuntur] sub(icitu)r *P*

593 singularis] s(cilicet) *P*

594 *cf.* P p. 12.9-13: Quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere, ... infinita, inquit, relinquenda sunt, neque enim horum posse fieri disciplinam.

sunt infi(nita), et[595] Plato / iubet aliquem descendentem ad individua quiescere. /

[3.4] Item illud individuum est prima substantia, ergo est res discre/ta numero, sicut si dicerem 'Socrates est prima substantia, ergo est res / discreta numero'. **[]** Non est simi(le), quia aliud est de indi(viduis) quae sub/iacent tantum intel(lectui), quam de eis quae sub(iacent) visui. /

13.27) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 14rb-va, cont. to 13.26) above

¶ **Secundae autem substantiae** etc(49.1).

[0] Post primas tractat Aristoteles / de secundis, primum definiendo, postea exempla ponendo. / Definitio talis est. **Secundae substantiae dicuntur species**. Sed quia non / omnes species sunt secundae substantiae, subdit: **In quibus illae** etc(49.2). / Sed quia iterum non erat sufficiens, subiungit: **Hae et / harum specierum genera**(49.3).

[1] Opponitur[596]. 'Homo' et 'asius' istae species non sunt / secundae substantiae, eo quod <non> conveniat eis definitio secundae. Non / enim sunt **species in quibus** etc, [quia] nec sunt genera, quod patens est. / **[]** Solutio. **Secundae substantiae sunt(!) species** etc, id est unaquaeque secundarum / est species, in qua continentur primae, aut genus continens primas / ('in' pro 'sub' accipiatur); unaquaeque vero istarum 'homo' et 'asinus' / aut est hoc aut illud.

[2.0] Item. Haec universalia 'spiritus' et 'anima' non sunt / secundae substantiae. Non enim continent primas. Nam hic spiritus vel haec / anima primae non sunt, quia non primo loco sensibus subia/ent. Et hoc etiam aperte insinuat Boethius in commento de Ar(istotelis) <Categoriis>, / loquens[597] "Cum naturaliter primae intelligibiles(!) / sunt(!), ut deus vel animus. Cur non has primas substantias nuncupaverit?" Hoc pro quaestione ponit Boethius.

[2.1] Ad hoc dicimus quod / prima et secunda substantia duobus modis dicitur. Prima <dicitur> / quae primo loco sensibus subiacet, ut aliquis homo vel / aliquis equus; et prima dicitur quae primo loco intellec/tui subiacet aut sensui, ut haec anima et hic spiritus **|14va|** respectu horum universalium 'anima' et 'spiritus'. Item secunda dicitur[598] quae / continet primo loco sensibus subiacentes, quemad/modum in definitione

---

595 et] (et)(iam) *P*
596 Opponitur] ob. *P*
597 inC 183D13-184A1
598 dicitur] u(e)l *P*

Aristotelis accipitur; aut etiam dicitur / secunda quae continet primo loco intellectui aut sen/sui subiacentes ut haec universalia 'spiritus' 'anima'. Quod autem hoc universale / 'anima' sit secunda substantia, sic probatur, quod et in consimilibus / intelligatur. Non est prima, cum sit secunda; est ergo secunda. Secundam / autem substantiam esse substantiam ~~in huius praedicamenti principii sum/ma~~ probatum est.

[2.2] Hic locus est contra Ab., qui haec nomina 'Socrates' / et 'Plato' vocat primas substantias, haec vero 'homo' et 'asinus' secundas; / sed nec illa sunt primae, quia non primo loco sen/sibus subiacent, cum sic et ista 'homo' 'asinus' primo / loco sensibus subiaceant. Quid autem est sensibus / subiacere nomina nisi quia fortasse audiuntur? / Sed hoc modo nihil esset sensibus subiacere.

[2.3] Hoc autem in / loco a nobis quaeritur an individua, quae subiciuntur his / propositionibus 'homo est species' 'animal est genus', sint primae substantiae. / **[]** Dicimus sic.

[] Ergo primo loco sensibus subiacent. Non / in hoc sensu dicuntur primae, sed vel sensui vel intellec/tui subiacentes.

[] Item nec hoc verum est, quia prius opor/tet ut intelligatur hoc genus 'animal' quam illud quod hic subicitur 'animal / est genus'. R(esponsio). Respectu suorum individuorum intelligen/dum est.

13.28) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. va-vb, cont. to 13.27) above

¶ **Manifestum est autem** etc(49.5).

[0] Post tractatum / primae et secundaea substantiae ostendit Aristoteles qualiter secundae / se habeant ad primas; et gratia secundarum agit de omnibus his / quae dicuntur de subiecto, dicens ea praedicari nomine et ratione, et ita / univoce. Quod sic ait: **Manifestum est** etc.

[1] Unde ma/nifestum[599]? Ex hac regula: "quando alterum etc(48.8)". Nam, cum sit / certum quod definitio de suo definito praedicetur, mani/festum est per praedictam regulam quod eadem definitio praedicatur de / eodem subiecto, de quo et suum definitum; et quia quicquid de / praedicato, et de subiecto. Et nota[t] quod definitio vel defini/tum large accipitur, comprehendens etiam descriptionem / et descriptum.

[2] Hic plane demonstrat Aristoteles et nomen[600] praedicari, / cum dicit **eorum quae de subiecto dicuntur, necesse est et nomen / et**

---

599 manifestum] ma/nifesta- *a.c. P*

600 nomen] re(m) *P*

rationem de subiecto praedicari(49.6). **[]** Quod est contra quosdam re(ales), qui di/cunt rem tantummodo praedicari.

[3.0] Item ostendit omnia, quae praedicantur de / subiecto, habere rationem.

[3.1] Quod iterum contra Ab., qui dicit acci/dentia non habere rationem, vel quia nescitur vel quia non est **l14vbl** inventa. **[]** Contra eum concluditur 'ergo haec[601] species "albus" non praedicatur univoce', / quia de genere sunt accidentium. Sed hoc contra Porphyrium[602]. Praeterea / subsequenter Ar(istoteles): "Ratio albi nunquam de corpore praedicatur(!)(49.15)". / Stulte quidem dixisset nisi album haberet rationem. Et Boethius / in commento[603]: "Definitio albi ad corpus nullo modo dicitur". / **[]** Propter haec vitanda dicit Al. quod et propria habent rationem ut risi/bile aptum natum ridere, et accidentia ut album af/fectum albedine, et ita de omnibus.

13.29) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 14vb-15va

¶ Eorum vero quae in subiecto sunt etc(49.10).

[0] Quia dixerat Aristoteles ea quae / dicuntur de subiecto praedicari nomine et ratione, et ita univoce, / ne aliquis putaret eis quae sunt in subiecto hoc idem conveni/re, ut praedicarentur de subiectis in quibus sunt univoce, / removet hoc Aristoteles, dicens **rationem** eorum, quae sunt in subiecto, / **impossibile est** praedicari de subiecto in quo sunt. Intelligendum / est: ut virtus et anima. Nec ratio virtutis de anima praedicatur; de hac / autem virtute ratio virtutis recte praedicatur. **[]** Nomen vero ali/quando praedicatur. Quod notat Aristoteles, dicens: **In quibusdam(!) vero nomen / quidem nihil prohibet aliquando de subiecto praedicari, ut album, / cum sit in subiecto co`r´pore, praedicabitur de subiecto**(49.12).

[1.0] Per hoc / quod dicit **in quibusdam(!) nomen nihil prohibet** et **aliquando**(49.12), / notat hoc raro contingere, quando videlicet aequivo/catio supervenit, ut 'album' hoc nomen aequivocum est ad al/bedinem, et hoc adiacens praedicatum 'album'.

[1.1] Et hoc est / contra Ab. et alios, qui dicunt omne accidens in subiecto. Secundum eos / enim plura sunt illa, quorum nomen de subiecto

---

601 haec species albus] h(oc) g(enus) arbor *P*

602 P p. 8.20-21: solemus dicere ... album autem coloris speciem

603 inC 185B4

praedicatur, quam[604] quorum / nomen non praedicatur, ut ‘album’ et ‘nigrum’ ‘grammaticum’ / ‘musicum’ et omnia denominativa. Dicunt namque quod ‘al/bum’ et ‘albedo’ idem significent.

[1.2] Quod autem aliud sit quod si/gnificatur hoc nomine ‘album’ et aliud hoc nomine ‘albedo’, et[iam] / ista ‘grammaticum’ et ‘grammatica’ et consimilia significa<nt> / diversa, multis probabo rationibus.

(1) ¶ Sumens primum / principium, sicut demonstratum est superius, id, quod est in / subiecto, non praedicatur de eo in quo est; non ergo hoc nomen ‘grammati/cum’ est nomen grammaticae nec ‘musicum’ musicae, / et sic fere de aliis omnibus. Quod autem dictum est ab Ar(istotele) **|15ra| album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de subiecto**(49.14), sit in/telligendum est: **album** id est albedo **de subiecto praedicatur** hoc nomen, / scilicet ‘album’.

(2) ¶ Item quod album non sit albedo, probo. Impos/sibile est rationem eorum, quae sunt in subiecto, praedicari de subiecto / in quo sunt; sed albedo est in subiecto; ergo ratio albedinis non praedicatur / de subiecto in quo est; ergo nec hic ‘Socrates est albus’; relinquitur / ergo quod aliud, cum aliquid ibi praedicetur; sic[605] ergo aliud est al/bum quam albedo.

(3) ¶ Item. Ar(istoteles)[606]: “Omnia alia a primis aut / sunt in primis aut dicuntur de primis”; sed albedo est aliud / a primis, ergo aut est etc, sed est in primis, non ergo dicitur de primis / nec de prima, ergo nec hic ‘Socrates est albus’.

(4) ¶ Item. Ar(istoteles) in / tractatu oppositorum[607]: “Si caecitas et caecum esse essent / idem, utraque praedicarentur de eodem”. Non[608] vero. Relinquitur / ergo quod caecum esse non sit caecitas. Sic ergo nec hic praedicatur caeci/tas ‘hic latro est caecus’.

(5) ¶ Item. Nulla species specialis/sima praedicatur de pluribus et differentibus specie, ergo nec al/bedo. Sed probo quod, secundum eos, praedicatur de pluribus etc. ‘Socrates est albus’ / et ‘haec albedo est albedo’ in utraque istarum praedicatur albedo, / sed subiecta sunt differentibus[609] specie, ergo albedo praedicatur de / differentibus specie.

(6) ¶ Item. ‘Socrates est albus, ergo Socrates non est / albedo’ locus est ab oppositis, et vis inferentiae est inter / praedicata, ergo

---

604 quam quorum] q(uo)r(um) q(uam) *P*

605 sic] sec(?) *a.c. P*

606 *Ubi?*

607 C-10, p. 71.12-13

608 Non] n(un)c *P*

609 differentibus] diff(ere)ntia *P*

praedicata sunt opposita, ergo idem non praedicatur / in utraque, ergo nec albedo.

(7) ¶ Item. 'Socrates est albus' hic praedicatur / albedo, ergo hoc universale 'accidens' de eodem. Sed non praedicatur / de eodem. Socrates enim nec est accidens nec accidentale. / Cum ergo nec per se nec per suum sumptum accidens praedicetur / de Socrate, nec ergo albedo de eo praedicari potest.

(8) ¶ Item. Al/bum et albedo sunt opposita. Descriptiones namque / eorum sunt oppositae, eo quod a se removeantur universaliter. / Nullum enim affectum albedine est color faciens / album, et nullus color faciens album est affectum / albedine.

(9) ¶ Item. Qualitatis praedicamentum / Aristoteles sic intitulavit: "Incipit de quali et qualitate". / Sic dicendo, voluit quod aliud esset quale et aliud / qualitas. Sic ergo aliud est album et aliud albedo. /

(10) ¶ Item. Ar(istoteles)[610]: "Qualitates sunt quae praedictae sunt, qualia / vero denominative dicuntur ab his". His verbis voluit qua/lia et qualitates esse diversa. Aliter enim stulte loqui vi/deretur.

(11) ¶ Item. Ar(istoteles)[611]: "Stare, sedere et iacere non sunt posi**l15rbl**tiones, sed denominative dicuntur a positionibus". Sic aliud / est quod significatur hoc verbo, scilicet 'sedet', et hoc nomine 'sessio'; et sic / de stare et status, et similibus.

(12) ¶ Item Boethius et Porphyrius, / dando exempla de accidentibus, ponunt haec nomina / 'album' 'nigrum' 'grammaticum' 'musicum' et similia, / et fere nunquam 'albedo' 'nigredo', eo quod haec alia significent / quam illa.

(13) ¶ Item. Ar(istoteles)[612]: "Inest autem contrarietas secundum qualita/tem(!), albedo namque et nigredo sunt contraria; et secundum eas qua/lia [quae] dicuntur". Boethius exponendo sic dicit[613]: "Nam sicut albe/do nigredini contraria est, ita quoque albus nigro", volens in/telligere quod haec sumpta 'album' et 'nigrum' contraria. Nam, / si diceretur 'albus, id est res alba; nigro, id est rei nigrae', / hoc esset contra Aristotelem, qui dicit[614] substantiae nihil esse contrarium. /

(14) ¶ Item. Sicut dicitur 'pater et filius sunt relativa', nec de

---

610 C-6, p. 66.18-19

611 C-7 p. 59.5-7

612 C-8 p. 67.4-6: Inest autem et contrarietas secundum quod quale est, ut iustitiae iniustitia contraria est et albedo nigredini et alia; similiter autem et ea quae secundum eas qualia dicuntur"

613 inC 255B6-7

614 C-5 p. 52.16

pater/nitate nec de filiatione[615] intelligendum est, nec / etiam de re quae est pater et de re quae est filius dici potest, sed a supradi/ctis diversis; sic album et nigrum sunt contraria nec de al/bedine et nigredine hic fit sermo, nec de re alba / et nigra.

[1.3] (1) ¶ Si opponatur nobis de verbis Boethii, qui dicit ac/cidens esse in subiecto, **[]** respondemus in subiecto esse large / accipitur pro inesse vel adesse; inesse, id est fundari; adesse[616], id est ad/iacere.

(2) ¶ Item opponitur. <Aristoteles[617]>: "Album nihil aliud / significat quam qualitatem". Quam nisi albedinem?. **[]** R(esponsio). / Ar(istoteles) large accepit qualitatem ad qualia et ad qua/litatem.

(3) ¶ Item dicit Boethius[618] "In hac propositione 'Socrates est albus' / nil aliud praedicatur quam albedo", ergo albedo praedicatur de Socrate, ergo f(alsum)[619] / quod dicitur quod albedo non praedicatur de Socrate. **[]** Solutio. Eam sic determi/namus. In hac propositione nil aliud praedicatur nisi albedo, id est per / hanc propositionem nil aliud ostendo inesse Socrati quam alb(edo). /

(4) ¶ Item Boethius in Topicis[620]: 'Plato est philosophus' per hanc / propositionem praedicavi philosophiam de[621] Platone. **[]** Quod sic / exponimus: id est per hanc demonstro philosophiam in/haerere Platoni.

[1.4] ¶ Item dicit Boethius in commento / super[622] illum locum, ubi[623] Aristoteles[624] ostendit quod caecitas et cae/cum esse non sunt idem, sic dicens[625]: Tria sunt, scilicet habitus, is / qui habet, et habere; sic et ista: visus, [h]is qui videt, et videre. / Quod sic probat[626]: ~~Nil est id a quo fit~~,

---

615 filiatione] rælario(n)e *P*

616 adesse id est adiacere] ad/iac(er)e. ade(ss)e i(d est) *P*

617 C-5 p. 52.11-12

618 *Ubi?*

619 f(alsum)] .f. *seu* .s. *P*

620 *Ubinam?*

621 de Platone] ad plato *P*

622 super] sup(ra) *P*

623 ubi + [d(icitu)r] *P*

624 C-10 p. 71.12-13

625 inC 270C9-13: Tres namque res sunt in eo in quo est habitus, is qui habet, ea res quae habetur, et habere, ut est is qui videt, et ipse visus, et hoc ipsum quod ex utrisque, fit ex eo scilicet qui videt et visu, quod est videre.

626 inC 270C13-D5: Distat autem et videre ab eo qui videt, et hoc ipsum videre rursus a visu. Aliud est enim id quod fit quam is qui facit. Videre autem videns operatur, aliud est igitur videre quam videns. Distat autem videre etiam a visu, aliud namque est id quod fit quam id per quod aliquid geritur, videre autem per visum fit. Distat ergo videre ab eo ipso (qui ipsum videre efficit) visu.

sed videre fit / a vidente, ergo videre non est is qui videt. Item quod vi/dere non est visus. ~~Nihil est id `per´ quod ipsum fit~~, sed videre fit **|15va|** per visum, ergo videre non est visus. Sic patet quod aliud est vi/dere quam is qui videt. A simili, aliud est albe(do) et album, et sic / de consimilibus infinitivis.

13.30) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 16vb-17ra

Et hoc probat, scilicet quod speices ma/gis sit supposita, sic dicens: Species **enim est propinquior / primae substantiae**(49.27) quam genus. Quod possumus exponere secundum praedica/mentalem dispositionem et secundum familiarem assignatio/nem. Secundum praedicamentalem dispositionem, sic: quia in praedicamentali dispositione / species invenitur propinquior individuis omnibus aliis. Secundum / familiarem[627] assignationem, hoc modo: quia, sicut ipsemet Aristoteles dicet in sequen/ti, **si quis voluerit(!) assignare(!) de prima quid sit, convenientius |17ra| assignabit proferens speciem quam**[628] **genus**(49.27). Et hoc probat, scilicet quod / species sit propinquior etc, per locum ab effectu, sic dicens: / **Si quis enim voluerit(!)** etc.

His enim verbis adhaeret Aba., dicens 'nul/la res profertur, sed genera et species proferuntur, ergo genera et species / non sunt res'. **[]** Dicimus[629] quod hic locus magis est contra eum quam contra nos. Et hoc probo. / [quia] Ipse vocat primam substantiam vocabulum significans substantiam / discrete, ut hoc[630] 'Socrates'; <sed>, cum dico 'quid est Socrates?' 'Homo', non demonstro de illo[631] / vocabulo quid sit, sed de re significata ab illo; quare voca/bulum non est prima substantia, sed res significata a vocabulo. I/tem aliud inconveniens secundum eum. Species profertur; sed species non est / res, secundum eum, nec intellectus nec dictum alicuius propositionis; ergo est vox; et / sic vox est species, quod est inconveniens.

Quidam de nostra sententia / sic exponunt litteram hanc. **Si quis voluerit(!) assignare(!) de prima / substantia quid sit, convenientius assignabit proferens speciem quam / genus** id est

---

627 familiarem] famu. *P*
628 quam genus] q(ua)ntitati^{s} *P*
629 Dicimus] Om(ne)s *P*
630 hoc] h(aec) *P*
631 illo] allo *a.c. P*

proferens[632] speciale vocabulum quam generale. /

Nos vero sic exponimus. **Si quis** etc, **convenientius assignabit profe/rens speciem quam genus** id est declarans speciem per prolationem quam decla/rans genus per prolationem.

13.31) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 19ra-rb

¶ Omnis[633] substantia videtur hoc aliquid significare. In primis quidem verum / est et indubitabile quoniam hoc aliquid significat[634] etc(52.4).

[0] Demonstravit / Aristoteles quandam proprietatem quae convenit soli et omni substantiae, scilicet in subiecto / non esse; iterum aliam quae convenit substantiis et differentiis, scilicet univoce / praedicari. Nunc assignat aliam convenientem tantum primarum nominibus, / scilicet hoc aliquid significare, sic dicens: **Omnis substantia** etc.

[1.0] Hic ista sunt / consideranda, scilicet quid sit hoc aliquid significare. Et diversae diversorum / philosophorum[635] sunt ponendae sententiae, et contra erroris sententiam est / opponendum.

[1.1] Hoc aliquid significare est significare aliquid discrete vel / constituere intellectum de uno solo individuo.

[1.2] His verbis / adhaeret[636] ma. Pe.: **Omnis substantia** etc, dicens: Significare proprie est vo/cabulorum; sed substantiae significant, quia significant hoc aliquid, teste / Ar(istotele); ergo substantiae sunt vocabula. **[]** Solutio. Dicimus quod haec est impropria locu/tio: **Omnis substantia** etc. Sciendum est quod auctores quandoque transtule/r(int) se de vocibus ad res et e converso, et doctrina rerum sic est / mixta doctrinae vocum quod una sine alia haberi non potest. / Cu(m) dicitur **omnis** etc, id est omnis sermo significans substantiam, **videtur hoc aliquid signifi/care** id est significare aliquid discrete vel constituere intellectum / de uno solo individuo.

[1.3] Quidam decepti asserunt quod iste / t(er)(minus) 'Socrates' significat quoddam[637] vegetatum hac anima. **[]** Sed eis oppo(nitur). Si / haec anima exiret hoc corpus et intraret aliud, iste terminus '<quoddam>

---

632 proferens + [tale] *P*
633 Omnis + *a hole P*
634 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*
635 philosophorum] ph'i`l'´or(um) *P*
636 adhaeret] adh()r(ent) *P*
637 quoddam] q()ntm *P*

vege(tatum) hac <anima>' / n(on) significaret hoc corpus; ergo iste terminus[638] 'Socrates' non significaret hoc idem, et sic / hoc nomen 'Socrates' non significat Socratem. **[]** Nobis tamen non est oppositio, quia / n(on) dicimus quod 'Socrates' significet quoddam[639] vegetatum hac anima, immo / valet quoddam[640] compositum ex anima et carne.

[2.0] Postea subiun/g(it): **In primis quidem verum est et indubitabile quod(!) hoc aliquid significat**[641](52.4) id est in / no(min)ibus primarum hoc est patens, quia illa **significat**[642] **hoc aliquid** id est consti/tuunt inte(llectus) de uno solo individuo vel significat[643] aliquid dis/crete.

[2.1] Hic nobis oppo(nitur). Nomen individui, quod subicitur cum dicitur[644] / 'homo est species', significat aliquid dis(crete), quia hoc individuum; ergo discretum est / quod significatur illo nomine; ergo unum numero est; quod est contra sententi/am nostram.

[2.1] Duplex est solutio. **[]** Una est quod illud est dictum / t(antu)m de[645] nominibus primarum quae subiacent sensui; sed illa / p(ri)ma, quae subicitur cum diciur 'homo est species', non subiacet sensui sed in/tellectui. **[]** Alia solutio est: Bene concedo quod

nomen illius significat ali/q(uid) discrete,

non inde sequitur

ergo discretum est quod significatur illo. /

Fallo simili et ratione. Simili sic:

hoc nomen 'homo' significat a/liq(uam) rem dis(crete),
quia hanc speciem,
ergo discretum est quod significatur illo.

Ratione / sic. Cum dico 'nomen[646] illius individui significat aliquid discrete', / i(d est) determinate; cum dico 'ergo discretum est quod significatur illo', / ia(m) diceret quod esset unum numero, quod f(alsum).

[3.0] Postea probat quod hoc / v(er)u(m) est in nominibus[647] primarum, dicens: **Individuum enim est et u/nu(m) numero quod**

---

638 terminus] s(cilicet) *P*
639 quoddam] q()ntm *P*
640 quoddam] *()ntm *P*
641 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*
642 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*
643 significat] sig(nifi)ca(n)t *P*
644 dicit(ur)] dicet(ur) *a.c. P*
645 de + [reb(us)] *P*
646 nomen] hom() *P*
647 nominibus + [p(rima)r(um)(?)] *P*

significatur(52.6*).

[3.1] Iste locus est contra Aba., quia indivi(duum) **|19rb|** significatur, teste Ar(istotele); sed nullum vocabulum signifi/catur; ergo nullum individuum est vocabulum.

13.32) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 19rb, cont. to 14)31 above

In secundis / vero substantiis videtur quidem similiter sub(!) appellationis fi/gura hoc aliquid significare, quando quis dixerit hominem vel animal; non / tamen verum est, sed magis quale aliquid significat(52.6).

[0] Demonstra/vit quod hoc convenit primis. Sed videretur quod conveniret ver/bis secundis, ideo removet hoc, dicens: **In secundis vero substantiis vi/detur quidem similiter sub(!) figura appellationis** id est per simi/litudinem appellationis, quia ex eo quod videtur appel/lare, et videtur significare hoc aliquid significare, **quando quis dixerit / hominem vel animal; non tamen verum** id est non est verum quod nomina secundarum si/gnificent hoc aliquid, **sed magis quale aliquid significat**.

[1] Hic oppo(nitur). Probo / quod nomen secundae significat hoc aliquid. Cum dicitur 'homo est species', hoc nomen / 'homo' est proprium illius speciei ibi, et significat illam, et fit sermo ibi de illa / specie, ergo significat hoc aliquid. **[]** Solutio. Dicimus quod hoc nomen `non´ est no/men ibi illius speciei, sed cuiusdam individui quod ibi subicitur, et si/gnificat ibi illud individuum, ideoque non sequitur.

[2] Superius dixit quod / nomina secundarum significant quale aliquid, sicut hoc nomen 'homo'. Probatur / quod hoc nomen 'homo[648]' <non> significat quale aliquid, quia non significat rem aliquam / qualem, quia nec singularem nec universalem. Singularem non, quia nec / hanc, scilicet Socratem, nec aliam. Item nec universalem, quia nec hanc speciem 'homo' / nec aliam rem universalem. Quod alia non, patet. Quod hanc non, probo. / Per assignationem illius non demonstratur de illa specie qua/lis sit, ergo hoc nomen non significat illam qualem. **[]** Solutio. Bene conce/do quod hoc nomen 'homo' significat hanc speciem 'homo' qualem, quia sensus est: / significat hanc speciem qualem, id est constituit intellectum de illa / specie et in eodem ipso constituit intellectum[649] de qualitatibus quae intelliguntur in rebus illis speciei.

[3] Hic diversae sunt sententiae. / Ma. Pe. hoc nomen significat,

---

[648] h(om)o *scripsit et expunxit P*

[649] intellectum] t(er)ae *P*

id[650] est appellat. Quidam dicunt quod / hoc nomen significat has proprietates: rationalitatem et mortalitatem. / Nos vero dicimus quod significat istas dif(ferentias): rationale et mortale.

13.33) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 19vb-20va

¶ **Maxime autem proprium / substantiae videtur esse quod, cum sit unum et idem numero, suscep/tibile(!) est**[651] **contrariorum**(53.3).

[0] Postquam Aristoteles demonstravit quandam / proprietatem omnibus etsi non solis convenientem et multas alias, nunc / ostendit quid sit proprie proprium substantiae, dicens: **Maxime autem** etc.

[1.0] Sed quia / haec littera a diversis diversae dilaceratur, ideo destruendam / destruendorum sententiam ponemus et confirmandam confir/mandorum confirmabimus.

[1.1] Quidam sic legunt litteram hanc quod / **maxime** est genitivus casus ibi, hoc modo. **Maxime autem** etc, id est maximae, / **substantiae** id est primae substantiae **videtur proprium quod, cum sit unum et idem / numero, susceptibile est**[652] **contrariorum**. **[]** Sed eis oppo(nitur). Hoc convenit / primae tantum, ergo non convenit secundae, ergo non omni substantiae, ergo f(alsum) quod dicit / Boethius in commento super hunc locum[653] quod Aristoteles hic ponit[654] proprium / quod convenit omni et soli substanitae.

[1.2] Nos vero sic legimus quod **maxime** / est ibi adverbium. **Maxime autem** etc, id est proprie, **proprium substantiae esse vi/detur** esse **susceptibile contrariorum, cum sit unum et idem / numero**. Bene dicimus quod hoc convenit omni substantiae.

[1.3] Sic oppo(nitur).

Hoc con/venit secundae substantiae[655],
ergo secunda est susceptiva contrariorum. /

---

650 id est] .t. *ut videtur P*

651 est] e(ss)e *P*

652 est] e(ss)e *P*

653 inC 198D14-199A: Ergo quoniam declaratum est substantiam posse contraria suscipere, demonstrandum est quemadmodum hoc silis substantiis insit. Hoc enim in nullis aliis invenitur. & inC 201A7-8: Hoc autem in omnibus esse substantiis manifestum est.

654 ponit + [exe(m)plu(m)] *P*

655 substantiae] .u. *P*

[] Non sequitur, quia non convenit sic, sed sic: Omnis homo, cum sit unum[656] **l20ral** et idem numero, est susceptibils contrariorum; vel omne animal vel aliquid ta/le. Et fallo.

Risibile convenit huic speciei 'homo',
ergo haec species est risibi/lis.

[1.4] Dupliciter legitur illud **cum**(53.3), scilicet ita quod est causativum et quod est tempora/le. **[]** Causativum sic: **Maxime autem proprium substantiae videtur esse** esse **suscep/tibile contrariorum, cum** id est quod **sit unum et idem numero** id est quia res u/na et eadem numero existit. Et hoc est consimile dicto Boethii, qui di/cit[657] "Quicquid est, ideo est, quia unum numero est", id est quaecumque res existit, ideo / exisitit, quia unum et idem numero exisitit. **[]** Temporale sic: **Maxime** / **autem proprium substantiae videtur esse** <esse> **susceptibile contrarium, cum sit unum et** / **idem numero** vel cum sit susceptibile contrariorum circa id quod est u/num et idem numero sicut circa individua.

[2.1] ¶ Probo quod hoc non convenit omni / substantiae, <quia si hoc coveniat omni substantiae>, ergo illi individuo quod subicitur cum dico 'homo est species'; sed hoc est f(alsum). / **[]** Solutio. Dicit Alb(er)icus quod hoc tantum convenit illis substantiis quae primo loco sen/sui vel intellectui subiacent, sed illud individuum non subiacet / primo loco sensu vel intellectui.

[2.2] Vel aliter. Dicimus quod illud est u/num et idem numero, et est susceptibile contrariorum. Unum est, quia habet in / se unitatem; idem, quia non est diversa; susceptibile est contrariorum, / quia singularitatis et universalitatis, quia singularitas est in eo ut for/ma, universalitas ut in subiecto. **[]** Sed probo contra. Non possum habere intellec/tum de illo quin habeam et de hac specie 'homo', ergo illud non est unum et idem numero. / Unde dicimus quod hoc tantum convenit illis substantiis quae primo loco sensui vel in/tellectui subiacent et etiam universalibus ipsa continentibus.

[3.1] Probatur quod hoc / non convenit soli substantiae, quia quaedam actio haec contraria suscipit 'pravum' / et 'studiosum', quia eadem suspensio latronum est prava et studiosa. / Utrum. Quaedam suspensio latronum est prava et quaedam est studiosa, / ergo eadem suspensio latronum est prava et studiosa, ergo eadem ac/tio. Ergo hoc non convenit soli substantiae. **[]** Solutio. Non sequitur, quia Aristoteles non / intellexit de illis quae sunt idem in genere vel in specie, sed idem numero;

---

656 unum] u *P*

657 inP2 162.2-3: Omne enim quod est,idcirco est, quia unum est.

sed / cum dico ‘eadem suspensio latronum est prava et studiosa’, / sensus est: id est eadem in specie, sicut cum dico ‘idem color est in pluribus’, / id est idem in specie.

[3.2] Probo quod eadem numero actio suscipit contraria, quia / haec suspensio latronum suscipit contraria, quia haec est bona et mala. / Bona est, quia fit iuste; mala est, quia fit iniuste, quia ex ea se/quitur interfectio hominis, ergo homicidium, ergo fit iniuste, ergo est ma/la. Et ita eadem numero actio est susceptibilis contrariorum. **[]** Solutio. / Sciendum est quod secundum agentis intentionem suspensio debet dici iusta / vel iniusta. Si facit bona intentione, dicitur iusta; si vero mala, dicitur / iniusta. Bene concedo quod haec suspensio latronum est iusta. De hoc quod dicit / ‘ex ea sequitur “interfectio hominis, ergo homicidium”’, non sequitur, quia / non omnis[658] interfectio hominis est homicidium, et non omnis interfectio / hominis est mala, immo quaedam est bona. **|20rb|**

[3.3] ¶ Item. Illa actio, cuius medietas est bona et alia medi/etas est mala, est bona et mala; ergo est susceptibilis / contrariorum. **[]** Solutio. Cum Aristoteles dixit **Maxime autem** etc, **videtur esse** / **suscep(tibile) contrariorum** intelligendum est, sic quod illa contraria sint[659] / in eo ut forma in diversis temporibus, sed bonum et malum non sunt / in illa actione ut forma in diversis temporibus, quare non sequitur. /

[3.4] ¶ Item super hoc oppo(nitur). Ista duo contraria ‘clarum’ et ‘obscurum’ / sunt in hac albedine ut forma, quia haec albedo nunc est clara et cras / erit obscura; et sic haec albedo est susceptibilis contrariorum. / **[]** Solutio. Cum dixit Aristoteles: **Maxime autem proprium substantiae videtur esse quod, cum** / **sit unum et idem numero, susceptibile est**[660] **contrariorum**, hic non fecit punc/tum, sed hic secundum sui permutationem, id est secundum subiecti mutationem; / sed illa albedo non permutatur, immo eius subiectum.

[4.0] Diximus / quod hoc convenit omni substantiae et soli. Et quod conveniat soli, possumus / videre ex verbis Aristotelis et Boethii in commento dicentis[661] “Nulli enim alii a substantia / convenire poterit”; ex Aristotelis verbis, sic: quia ipse dicit: **Nisi quis forte in/stet dicens orationem et visum esse huiusmodi**(53.13) id est suscipere contraria; po/stea addit (53.14-15): Eadem enim oratio est vera et falsa, ut haec ‘Socrates sedet’ est vera / eo sedente, et falsa eo non sedente.

---

658 omnis] ho(min)i^{s} *P*

659 sint] fuit *P*

660 est] e(ss)e *P*

661 inC 199A2-3: Hoc enim in nullis aliis invenitur.

[4.1] Hic confunditur error / magistri Petri dicentis quod ‘Socrates sedet’ est alia oratio prolata a Socrate et / alia prolata ab eodem in alio instanti. Sed Aristoteles vult quod haec oratio / possit esse vera et falsa. Sed hoc non potest esse secundum Pe., quia alia oratio / est cum profertur in hoc instanti et alia cum profertur in alio instan/ti. Et habet hanc rationem: inde quia ‘Socrates sedet’, cum profero in hoc instan/ti, significat ipsum sedere in hoc instanti; et cum profero in alio in/stanti, significat eum sedere in alio instanti; ergo significat aliud; ergo / non est eadem.

[4.2] Nos vero dicimus quod haec `est´ multi(plex): significat Socratem sedere / in hoc instanti, id est significat Socratem sedere in eo quod est hoc instans, f(alsum); in hoc / instanti, id est in aliquo tempore et tale quod est hoc instans, v(erum); sicut haec / est mul(tiplex) ‘homo currit’; hic loquor de homine, id est de eo quod est homo, / f(alsum); de homine, id est de aliquo et tale quod est homo, v(erum).

[4.3] Sed ei sic oppo(nitur). / Huic ‘Socrates sedet’ potest contradici, ergo per hanc ‘Socrates `non´ sedet’ vel per aliam; sed / per hanc non, quia non proferuntur ad idem tempus; ergo non sunt dividentes. / **[]** Dicit Pe. quod haec ‘Socrates non sedebat’ in illo tempore in quo Petrus incepit / proferre, ipsa est dividens eius. **[]** Sed probo quod non. Illae propositiones / non sunt in eisdem terminis et eodem modo dispositis; ergo non sunt divi/dentes.

[4.4] ¶ Contra sententiam, qua dicitur quod ‘Socrates sedet’ est alia / oratio cum profertur in hoc instanti et alia cum in alio instanti pro/fertur, iam opposui. Adhuc in eodem immoror.

Probo quod / iste non potest dicere id quod Socrates dicit per eandem locutionem, **l20val** quia Socrates dicit ‘Plato sedet’ in hoc instanti, et iste dicit ‘Socrates sedet’ in / alio instanti; ergo iste non potest dicere illud idem per eandem locutionem; quod est inconveniens. /

¶ Item probo quod nos non legimus librum Aristotelis, quia non profe/rimus illas locutiones quas Aristoteles protulit[662], has <scilicet> ‘Callias iustus est’ / ‘Callias non iustus est’ in alio instanti; sed nos proferimus eas in illo instanti; / quare non proferimus illas locutiones quas et ipse protulit; et sic non le/gimus librum Aristotelis.

[4.5] Propter haec inconvenientia dicimus quod est eadem oratio / ‘Socrates sedet’ cum profertur in hoc instanti et cum in alio profertur; et quod eadem / oratio significat verum et falsum. Et dicimus quod haec est mul(plex). Quoddam verum potest esse / f(alsum), id est quoddam verum

---

662 H-14 p. 34.3

potest fieri f(alsum); v(erum). Quoddam verum est f(alsum), id est id quod dicitur hac / propositione ‘quoddam verum est f(alsum)’ est verum; f(alsum).

[4.6] Sed, quia diximus quod eadem o/ratio significat verum et falsum, ideo videamus quae locutiones, in quibus ponitur hoc pro/nomen ‘idem’, sunt concedendae vel negandae. **[]** Istae sunt concedendae: / ‘idem nomen auditur hic et Romae’, ‘eadem vox profertur a me et / a te’, ‘eadem oratio’ similiter. Sed, cum venimus ad nomina rerum, / sunt negandae, sicut ‘eadem essentia auditur a me et a te’ et ‘eadem / qualitas[663]’.

Sed prius incipiamus a praedicamento substantiae, et de unoquoque / tractando idem faciemus. **[]** Istae sunt negandae: idem homo videtur a me / et a te. Et quando hoc pronomen ‘idem’ iungitur cum nominibus quadrupedium vel / bipedium. **[]** Quando vero iungitur cum hoc nomine ‘piscis’, sunt concedendae, sicut idem / piscis comeditur[664] a nobis, ergo comedo de eodem macarello / tecum; duplex est: de macarello eiusdem maneriei v(erum); de / eodem macarello, id est de eadem re indiviudali quae sit / macare(llus), f(alsum). Idem dicere debemus de hoc nomine ‘arbor’ et de nomi/nibus specierum arboris, sicut de quercu. **[]** Similiter et hanc debe/mus concedere: idem fructus comeditur[665] a me et a te. Haec vero est / duplex: ego comedo de eisdem cerasis tecum, de cerasis / eiusdem maneriei, v(erum); de eisdem cerasis, id est de eisdem rebus indi/vidualibus quae sint cerasa, f(alsum). **[]** Nunc ad res inanimatas veni/amus. Hanc debemus concedere: idem lapis videtur a me et a te. / Haec vero est neganda: prorsus idem berillus videtur a nobis. Sed quare / [quare] non dicitur[666] sicut haec dicitur[667] ‘eadem quercus videtur a nobis’? / Nos respondemus, dicendo quod usus sic habet.

13.34) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 21vb-22ra

[1] De hac specie ‘unitas’ hic diver/sae sunt sententiae. Ma. enim Pe. dicit quod non habet genus; nos / vero quod habet genus.

[2.0] Probatur quod habet.

---

663 qualitas *sic P*, *sed fortasse* quantitas *legendum?*
664 comeditur] 9medit(ur) *P*
665 comeditur] co(m)medit(ur) *P*
666 dicitur] diuid(itu)r *P*
667 dicitur] diuid(itu)r *P*

[2.1] Dicit Porphyrius[668] "Species constat / ex genere et substantialibus differentiis", sed unitas est species, ergo / constat ex genere et substantialibus differentiis. Syllogismus in prima figura / circa tertium mo(dum). Prima propositio universaliter debet intelligi, / quia est auctoritas.

[2.2] ¶ Item. Idem Porphyrius[669] "Species a/bundat a genere differentiis". Haec auctoritas universaliter in/telligitur; inde concludo 'ergo unitas abundat a genere / differentiis vel differentia', ergo unitas habet genus.

[2.3] ¶ Item. Sicut / statua ex aeris materia, ex forma autem figura, sic / homo communis et specialis ex genere quidem est sicut materia et differentia[670] / tanquam forma; et sic haec species 'homo' constat ex genere tan/quam materia. Eadem ratione unitas, cum sit species. /

[2.4] ¶ Item. Quaecumque conveniunt specie, et genere; sed plures uni/tates conveniunt in hac specie 'unitas'; ergo conveniu(n)t / genere; ergo unitas habet genus. /

[2.5] ¶ Item. Dicit Boethius in commento[671]: O(mn)is / res una cadit sub quantitate, quia sub unital**22ral**te. Et hoc idem est contra priorem sententiam, scilicet quod unitas non est quanti/tas vel quod non habet genus.

[2.6] ¶ Item. In Divisionibus[672]: "Nisi esset voca/bulorum paenuria, omnis definitio duobus clauderetur terminis" / scilicet ex generali et differentiali. Idem dicit in Cateogiricis[673]: "Omnis de/finitio trahitur a genere". Inde infero: sed omnis species habet definitionem, / ergo unitas, ergo eius definitio trahitur a genere, ergo habet genus.

[2.7] ¶ Item. / Porphyrius: Genus et species sunt relativa. Et hoc dicit aequipollenter, dicens[674]: "Nosse[675] / a(utem) oportet quoniam genus alicuius est genus et species alicuius est species; ideo(!) necesse / e(st) uti utriusque in rationbius utrorumque". Et hoc vult Boethius in commento. / Et sic genus et species sunt relativa, ergo unum non potest

---

668 *Isag*. p. 24.2-3: genera enim ... oportet et formata specificis differentiis perficere species

669 *Isag*. p. 17.16

670 differentia] difi. *P*

671 *Ubi?*

672 *Div*. 883D11-12 (p. 26.22-23): Quod si reperirentur in omnibus quoque nomina, duobus semper terminis tota definitio constitueretur.

673 SC 794D12

674 P p. 9.1-3

675 Nosse] nosce *P*

esse sine alio; / ergo et, cum unitas sit species, genus habet.

[2.8] ¶ Item. Aristote/lico utens arg(ument)o, probo quod unitas est quantitas. Dicit Aristoteles[676]: in/i(us)tia[677] est in praedicamento qualitatis. A simili, unitas non est substantia, / n(ec) aliquid aliorum [aliorum] a quantitate[678] sibi poterit adaptari; / i(n)iustitia `non´ est substantia, nec aliquod aliorum a qualitate sibi poterit / adaptari. Ergo unitas est in praedicamento quantitatis, et sic unitas / e(st) quantitas.

[3] ¶ Unitas sic definitur ab arithmeti/cis: Unitas est principium omnium numerorum. Sed sic a dialecticis: / Unitas est quantitas secundum quam dicitur de unaquaque re quanta sit. /

[4] Et nota quod unitas nunquam potest praedicari de substantiis, sed de quantita/tibus sicut de hac unitate et de illa. Sed eius sumptum / denominative, sciliciet 'unum', id est habens unitatem, bene praedicatur de primis / substantiis et solis; sed non de omnibus, quia non praedicatur de illis individuis quae / subiciuntur cum dico 'homo est species' et 'animal est genus'.

13.35) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 23va

Vidimus quod punctum est pars / lineae. Nunc videamus, cum ipsum sit quantitas, an sit / adiacens praedicamentum, an proprietas in subiecto existens.

Adiacens / praedicamentum non est, quia non praedicatur de substantia vel substantiis. Nulla enim / substantia vel nullae substantiae sunt punctum vel puncta[679]. Ergo est propri/etas in subiecto existens.

Quaeritur in quo subiecto existat. Alb. / dicit quod exsitit in extremis partibus corporis. **[]** Alii dicunt / quod in atomis, alii quod in elementis. Eadem est sententia, ver/ba sola[680] sunt diversa. Si quaeratur an punctum sit in anteriori vel / posteriori parte atomi, dicimus quod ~~non est locutio, / quotienscumque aliqua vox profertur, per quam demonstro aliquid / habere partes quod non habet~~. **[]** Diximus quod punctum existit in / subiecto ut in extremis partibus corporis.

13.36) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 25vb-26ra

---

676 C-8 p. 67.11: Quale igitur et iniustitia.

677 i(n)#%/%iusticia *et i.m. sinistr. add.* (er)g(o)

678 q(ua)ntitate] q(ua)litate *a.c. P*

679 pu(n)cta] pu(n)ctu(m) *a.c. P*

680 sola] n(on) *P*

Nunc demonstran/dum est an aliquid sumatur ab hoc universali ‘oratio’.

Non sumitur ab / eo aliquid denominative. **[]** Orare tamen videtur sumi ab eo denominative, / sed non sumitur; immo sumitur a deprecatione quod est in praedia/mento actionis. Sed hoc universale sumitur ab oratione, scilicet habere in se / orationem quantitatem ut formam; quod praedicatur, ut cum dico ‘haec dic/tio “carmina” habet in se orationem ut formam’. **[]** A speciebus / huius universalis ‘oratio’ multa sumuntur denominative, ut a dactylo dac/tylicum, a spondeo spondaicum, et sic de ceteris quae praedicantur / de istis species, ut cum dico ‘haec dictio “carmina” est dactyl**26ra**lica’, quia sicut per praedicationem huius universalis ‘album’ demonstratur / albedinem inesse rei albae, sic per praedicationem huius universalis ‘dactyli/cum’ demostratur illa species, scilicet dactylus, inesse isti voci. **[]** De / individuis praedicatur etiam, cum dico ‘haec essentia vocis “carmina” co/stat ex una longa et duabus brevibus’ et illa alia similiter. / Et sic dicimus quod hoc universale, scilicet ‘dactylicum’, praedicatur ibi per suam descriptionem / et non per suum nomen. Dicit enim ma. Alb’. quod nullum nomen / adiectivum secundae impositionis potest iungi alicui nomini substantivo / primae impositionis ad reddendam constructionem, ut dicam ‘vox / est categorica’ ‘essentia est dactylica’.

Et nota quod omnes huiusmodi / quantitas, scilicet ‘oratio’ et omnes eius species, sunt in illis ut in subiectis in quibus illae / voces sunt sicut in aere.

13.37) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 26rb

[1.1] Li/nea sic definitur a Boethio[681]: Linea est longitudo sine / latitudine.

[1.2] Sic oppo(nitur).

Linea est longitudo sine latitudine,
ergo linea / est longitudo;

ergo non est quantitas, quia omnis longitudo est qua/litas. **[]** Solutio. Linea est longitudo etc, non sequitur, et fallo ratione et si/mili. Ratione sic dicimus quod illa definitio est data per causam[682]; / et in definitionibus datis per causam termini, qui praedicantur coniunctim, non debent /

---

681 inC204C7: lineam, quae est longitudo sine latitudine

682 causam] ca ac()am *P*

praedicari disiunctim. Et nota quod omnis talis definitio est accidentalis; et / cum dico 'linea est longitudo', sensus est, id est linea est aliquid ex quo consi/deratur longitudo ita quod non latitudo. Simili sic. /

Dies est sol lucens super terram,
ergo dies est sol.

[1.3] Aliter definitur / linea a magistro Alb.: Linea est continua quan/titas secundum quam tantum fit dimensio in longum. Per hoc quod dicit 'continua' / removet<ur> discreta. Per hoc quod dicit 'secundum quam tantum fit dimenstio in lon/gum' removentur ista: corpus, tempus, et locus, et superficies. /

13.38) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 28ra-va

[2.0] ¶ Vidimus quid sit tempus per definitionem. Nunc videamus ex quibus / partibus constet.

[2.1] Hic diversae sunt sententiae.

Quidam enim dicunt quod / tempus non est totum praeteriti et futuri et praesentis. In qua sententia / sunt sibilatores.

Alii dicunt quod tempus est totum praeteriti et futuri / temporis. In qua sententia fuit Aristoteles et Boethius et etiam est Alb'.. **[]** Et quod / praeteritum et futurum tempus sint partes temporis, hoc videtur habere / ex Boethio, qui dicit[683]: "Praesens tempus est communis terminus ad quem partes temporis, / scilicet praeteritum et futurum tempus, copulantur". **[]** Ad maiorem in/telligentiam sciendum est quod totum multipliciter dicitur. / Dicitur enim totum universale, ut homo; totus integrum, ut domus; / totum disgregativum, ut grex[684]; totum successivum, ut / tempus, annus; et multis aliis modis.

[2.2] Nostrae sententiae / sic oppo(nitur).

(1) Praeteritum tempus est pars temporis,
sed praeteritum tempus non est / et tempus est,
ergo aliquid, quod non est, pars eius quod est.

[] Fallo simili / et ratione. Simili, sic.

Rosa est <h>erba florens in aestate, /
sed rosa non est,
ergo aliquid, quod non est, est <h>erba florens in aestate.
/

---

683 inC 205C12-14: cum sint partes temporis praeteritum et futurum, horum praesens tempus communis est terminus, ...

684 grex] gre^{s} *P*

Ratione, sic: Quia hic terminus ‘est’ dissimiliter accipitur, quia / cum dicitur ‘tempus est pars temporis’, id est contigit praeteritum tempus fuisse / partem temporis cum contigit[685] ipsum fuisse; sed cum dico ‘praeteritum / tempus non est’, id est non existit; ideo non sequitur.

(2) ¶ Item.

Omnis / pars temporis est,
sed praeteritum tempus est pars temporis,
ergo praeteritum tempus / est,
ergo id, quod non est, est.

[] Fallo simili et ratione. Simili, sic. /

Pascha est pulchrum tempus,
sed pascha non est,
ergo id, quod non est, / est pulchrum tempus,
ergo id, quod non est, est.

Ratione, sic. Cum dico ‘omnis pars / temporis est’, id est omne id quod est pars temporis; sed cum dico ‘praeteritum tempus / est pars temporis’, haec est temporalis hypothetica secundum sensum, et est sen/sus: id est quotienscumque contigit praeteritum tempus fuisse, contigit / ipsum fuisse partem temporis. Et sic de consimilibus idem iu/dicium.

[2.3] Nunc specia`liter´ perveniamus ad quoddam totum / determinatum, scilicet ad hanc diem; et ponamus obiec/tiones `et´ earum solutiones[686].

(1) Prima <h>ora huius diei est pars **|28rb|** huius diei, ergo est in constitutione huius diei; sed quicquid est in constu/tione huius diei, est; ergo prima <h>ora huius diei est. Quidam ad tantam de/venerunt absurditatem quod ipsi concedebant quod prima <h>ora / diei[687] erat cum iam erat tertia <h>ora. Quod prima <h>ora huius diei / sit pars huius diei, probo. Haec dies constat ex duodecim <h>oris. V(erum). / Ergo duodecim <h>orae sunt in constitutine huius diei. Sed nullae aliae / nisi prima et secunda et sic de ceteris, ergo prima <h>ora huius diei est in / constitutione huius diei, ergo est pars eius. **[]** Solutio. Haec dies constat / ex duodecim <h>oris dum est, id est integraliter constituitur ex duo/decim <h>oris; f(alsum). Constat ex duodecim <h>oris, id est habet esse per succes/sionem duodecim <h>orarum; v(erum). Et secundum istum sensum [non] sequitur quod prima / <h>ora huius diei sit pars huius diei. Eodem modo ‘annus constat ex / duodecm mensibus’ haec est duplex. Et

---

685 contigit] 9ti(n)g(it) *P*

686 solutiones] solutiones *et supra* -e- *add.* i *P*

687 diei erat] dierat *P*

sic de consimilibus.

(2) ¶ Hic dies est / tempus, ergo est continua quantitas, ergo est composita quantitas (a specie), / ergo est res composita. **[]** Sic opponitur. Haec dies est res composita, ergo habet par/tes, hoc instans est pars huius diei, ergo cum alio comstituit hanc diem, / sicut si dicerem 'hic paries est pars huius domus, ergo cum alio consti/tuit hanc domum[688]'; si hoc instans cum alio constituit hanc / diem, ergo cum alio est in constitutione huius diei. Sed probo quod non, quia / nec cum alio[689] quod praeteriit, nec cum alio quod / futurum sit; ergo hoc instans cum alio non constituit hanc diem / vel non est in constitutione huius diei. **[]** Solutio. Bene concedo quod haec dies / est composita res. De hoc quod dicit 'cum[690] alio ab hoc instanti est in consti/tutione huius diei [dum est]', <id est> aliud ab hoc instanti est in constitu/tione huius diei <dum est>, quod tantum valeat 'huius diei', id est diei lunae; / v(erum), et habet sensum temporalis hypo(theticae), id est cum contingit diem lunae esse, / contingit aliud ab hoc instanti esse in constitutione eius. Aliud / ab hoc instanti constituit hanc[691] diem, id est hanc singularem / quantitatem quae est haec dies; f(alsum).

(3) ¶ Item. Regula est 'destruc/ta parte, destruitur et totum', sed haec <h>ora est pars huius diei, / ergo hac destructa destruitur haec dies. **[]** Solutio. Regula sic / est intelligenda. Destructa parte destruitur et totum, id est par/te principali alicuius totius integri, quod non sit totum / successivum, destructa destruitur suum totum. /

(4) ¶ Item. Existente toto integro, existit quaelibet pars / eius principalis; sed dies est totum integrum; ergo existen/te die, existit quaelibet eius pars; ergo existit prima / <h>ora cum sit tertia. **[]** Solutio. Regula exponenda est: / existente toto etc, id est toto integro quod non sit succes/sivuum.

(5) Item. Ubicumque adest totum, ibi est quaelibet pars eius; **l28val** sed dies est totum, quod est in aliquo subiecto; ergo quaelibet pars / eius [non] est in eodem; ergo prima hora et ultima sunt in eodem. / Sed probo quod non. Hae non sunt, quia una illarum iam praeteriit, et / alia est ventura; ergo non sunt in aliquo ut in subiecto. **[]** Solutio. / Sic solvitur prout superius.

13.39) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 29ra

---

688 domum] doemu(m)(?) *p.c. et* diem(?) *a.c. P*

689 alio + [e(st) in 9stitutio(n)e h] *P*

690 cum alio] aliud *P*

691 hanc] h(un)c *P*

¶ Postquam Aristoteles tractavit de linea, superficie / et corpore et tempore, nunc[692] de loco tractat, dicens quod locus est / quantitans continua. **[]** Boethius vero, eius commentator, sic probat[693]. / Sicut corpus habet superficiem communem terminum, ita locus habet communem / terminum ad quem omnes partes eius copulantur. **[]** Sed quia auc/tores breviter tractant de loco, ideo quod praetermiserunt, extra su/pleamus.

Prius igitur distinguamus significationes huius vocabuli / 'locus'. 'Locus' significat substantiam quae est capax alicuius rei, sicut ~~p(ra)/tu(m) domus~~; et significat quanti(tatem) secundum quam dicitur de aliqua re quanti / sit capax.

Locus quantitativus[694] sic definitur, quia de substntiali / nihil ad praesens: Locus est corporis circumscriptio. Haec defini/tio potest teneri, sed sic exponatur: id est locus est id secundum quod corpus cir/cumscribitur. **[]** Sed, quia haec definitio satis est arida, ideo m. Alb'. / sic eum definivit: Locus est continua quantitas secundum quam potest assi/g(na)ri de aliqua re quanti sit capax, sicut mina, modius, / sextarius. **[]** Et sciendum quod huiusmodi vocabula sunt aequivoca / u(t) 'locus'. Habent enim se ad ipsas res et ad quantitates adia/ce(n)tes ipsis rebus quae dicuntur loci.

13.40) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 30va-vb

Nunc ad litteram veniamus.

Ad aliquid vero / talia dicuntur quaecumque hoc ipsum, quod sunt, aliorum dicuntur vel quomodo/libet aliter ad aliud(58.23).

[1] Oppo(nitur). Haec locutio est vera vel fal/sa, sed non est vera, ergo est falsa. Aristoteles ponit eam falsam; / sed ponendo eam falsam, intelligit f(alsum); ergo dicit f(alsum). Ergo / mentitur Aristoteles in suo libro, quod est inconveniens. **[]** Solutio. / Dicimus quod Aristoteles non intellexit per eam f(alsum), quia ipse intellexit secundum / intellectum Platonis, qui verus fuit.

[2] Sed probatur quod / ille fuit falsus, quia nisi ille intellectus fuisset falsus, / non esset reprobatus ab Aristoteli. **[]** Ad hoc dicimus

---

692 nunc] no(n) *P*

693 inC 205D10-12: Ita enim communis terminus inveniturin loco partium quemadmodum et corporis.

694 quantitativus] q(ua)ntiuu^{s} *P*

quod Aristoteles non repro/bavit eius intellectum; sed verba, quibus concessis sequitur incon/veniens, scilicet quod multae substantiae sint ad aliquid. Plato / enim ita large accepit ad aliquid, id est quaecumque dicuntur in / respectu. **[]** Vel possum dicere quod Plato dixit f(alsum); Aristoteles vero di/xit verum. Et Aristoteles non posuit illa verba quae Plato <posuit>. / Plato namque dixit "ad aliquid sunt etc"; Aristoteles vero **ad aliquid** / **dicuntur** etc, id est ita est in usu quod talia dicantur ad aliquid. /

... **|30vb|** ...

[6.0] Item secundum Platonicam sententiam ista sunt ad aliquid, scilicet / affectus, habitus, disciplina, et positio.

[6.1] Sed[695] probatur quod non. / Tria illorum, scilicet affectus, habitus, disciplina, sunt qualitates; quartum est genus / generalissimum per se; ergo non sunt ad aliquid. **[]** Item. Haec tria conti/nentur sub hoc praedicamento 'qualitas', scilicet affectus, habitus, et disciplina; / et quartum est genus generalissimum per se, scilicet positio; ergo non sunt sub / praedicamento 'ad aliquid'. **[]** ¶ Item omnia praedicamenta sunt opposita, ergo / non praedicantur de eodem.

[6.2] Ad hoc dicimus quod Plato pro nullo inconveni/enti habebat si idem contineretur sub diversis praedicamentis. / **[]** Et etiam Aristoteles hoc idem videtur velle, ubi ait[696]: Non est inconveniens si e/adem contineantur sub diversis praedicamentis. **[]** Istud ca/pitulum diveresi diverso modo exponunt. M. enim Alb. prius / tenuit quod idem esset sub diversis praedicamentis, ut di/sciplina; et postea negavit, dicens quod impossibile e(r)at. /

13.41) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 34va

Nunc redeamus ad titulum. Titulus / talis est: **Incipit de quali et qualitate**(63.18).

Hunc titu/lum quidam dixerunt esse Aristotelicum; quidam vero non, / sed dicunt alios ex sua parte apposuisse, vi/dentes Aristotelem tractasse de qualibus et qualitatibus, / ideo apposuerunt: **Incipit de quali et qualita(te)**. Boethius vero dicit[697] / Aristotelem posuisse; sed, quia qualitas proprie accipitur / ad proprietatem existentem in subiecto

---

695 Sed] s(cilicet) *P*

696 *Ubinam???*

697 inC 239B2-D8

secundum quam quales / dicimur, scilicet[698] qualem ad rem effectam qualitate, et ad / proprietatem accipitur, ut 'album' ad rem albam et ad al/bedinem accipitur; ideo Aristoteles `**de´ quali et** pro 'id est', ne in/telligeret **de qualitate** scilicet[699] de re affecta qualita(te). / Vel sic: **Incipit de quali et qualita(te)**, **et** pro 'vel'. **[]** Aliam assignat ratio/nem m. Al., sic. Aristoteles ideo dixit **Incipit de quali et quali(tate)**, / quia non tantum tractat de qualitatibus sed etiam de sump/tis eorum; quod ipse ostendit, ubi dicit[700]: "Qualitates sunt quae / praedictae sunt, qualia vero quae denominative dicuntur ab his". /

13.42) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 35rb-va

Quarum prima haec est: **Et / una quidem species qualitatis habitus et(!) dispositio dicuntur**(63.19).

Hunc / locum diversi diverso modo exponunt. **|35va|**

Quidam namque sic dicunt. **Una species qualitatis** id est una / maneries. **[]** Quibus sic opponitur. Hic loquitur Aristoteles de uno / solo vel de pluribus. Sed non de uno solo, quia si loqueretur / de uno solo, Aristoteles non repeteret, **h(abitus)** scilicet **et dispositio**. Item / loquitur de talibus quae differunt; quod Aristoteles ostendit in sequen/ti, dicens: **Differt autem habitus a dispositione**(63.20). Ergo non de / uno solo loquitur. Ergo de pluribus, ergo de pluribus singularibus / vel de universalibus vel de talibus quorum unum est universale et aliud / singulare. Sed secundum eos non potest teneri quod loquatur de aliquibus singulari/bus vel de talibus quorum unum est universale et aliud singulare. / Ergo loquitur de pluribus universalibus. Ergo plura universalia sunt illa maneries, / ergo illa maneries est plura universalia. Sed illa maneries est / singulare vel universale, sed non est singulare, ergo universale. Ergo quoddam universale / est plura universalia, quod est inconveniens.

Ideo dicit Alb'. quod hoc vo/cabulum retinetur in sua propria significatione.

Sed nobis sic op/ponitur[701].

Id, quod dicit Aristoteles, est verum pro aliquibus singularibus vel pro / universalibus vel pro talibus quorum unum est singulare et aliud universale. / **[]** Dicit ma. Phi. quod illa divisio non est sufficiens; sed

---

698 scilicet] s(ed) *P*
699 scilicet] s(ed) *P*
700 C-8, p. 66.18-19
701 opponit] o/p^{t} *P*

tamen dicit / quod illa locutio vera est pro singularibus, et est talis sensus: ha/bitus et dispositio sunt una species qualitatis, id est omnis habitus et omnis / dispositio continentur sub una specie quali(tatis), et ita quod nulla / alia res continetur sub eadem quae non sit habitus vel dispositio. / **[]** Vel etiam possumus dicere quod est vera pro universalibus, scilicet habitus et dispositio; / et ita exponitur: <h>abitus et dispositio sunt una species quali(tatis), id est ista / duo universalia praedicantur de omni re contenta sub quadam specie / quali(tatis) vel dividunt sufficienter quandam speciem quali(tatis). /

13.43) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 37va-vb

[6.1] De calido et frigido est quaestio. (*Cf.* 64.27: **calor et frigus**)

Dicunt quidam quod calidum in / eadem significatione convenit aquae calidae vel homini et igni. Et / probant sic. In eadem significatione retinetur[702] calor, cum dicitur 'calor est in inge' / et 'calor est in homine', quia calor continet naturalem calore<m> et / accidentalem. Ergo in eadem significatione retinetur calidum, / cum dico 'ignis est calidus' et 'homo est calidus'. **[]** Solutio. Dicimus quod / calor non retinetur in eadem significatione, cum dico 'calor / est in homine' et 'calor est in igne'; quare calidum non convenit / eis in eadem significatione; et ita non praedicatur idem, cum dicitur 'ignis est calidus' / et 'homo est calidus', quia in una praedicatur substantiale et in alia accidenta/le, in ista scilicet 'ignis est calidus' praedicatur haec substantialis differentia 'ca/lidum'.

[6.2] Sed probatur quod calidum non est substantialis differentia igni<s>, / quia praedicatur de igne secundum magis et minus. Et hoc probo. Hic enim ignis / magis est calidus altero igne, ergo praedicatur cum magis et cum / minus. Ab effectu. **[]** Solutio. Dicimus quod ignis proprie dicitur sim/plex et minima particula compositi corporis cali/da et sicca; et de illa non dicitur quod sit magis calida altera / Dicitur etiam ignis res ignita; et de illa dicitur quod sit magis cali/da altera. Et ita calidum non praedicatur cum magis et minus **l37vbl** de elemento quod est ignis.

[6.2] Item. Calidum praedicatur de hoc homine / ita quod non potest adesse et abesse huic, ita praedicatur de igne quod / non potest adesse et abesse igni; igitur si est substantiale uni, et alteri. / **[]** Solvit M. Alb., dicens: Caldium est substantialis differentia ignis, / quia non potest

---

[702] retinetur + [caliadu() cu(m) di/co igni^{s} e(st) calid(us)] *P*

adesse et abesse ei; et est positum in eius definitione philosophis[703], / licet non possit ad`esse´ et abesse ei. [] Nos vero aliam damus ratio/nem. Ideo calidum est substantiale igni, quia in prima eius creati/one contrarium calidi non potuit convenire ei. Sed non est su/bstantiale huic homini, quia in prima eius creatione contrarium calidi / potuit convenire ei.

13.44) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 37vb

Figura dicitur proprie quae sub aliquo vel sub ali/quibus continetur terminis. Sub aliquo, ut illa figura, quae est in / circulo, quae continetur sub aliquo ter(mino), ut sub linea quae est circum/ferens, quia ter(minum) vocamus lineas et superficies, sicut Aristoteles. / Sub aliquibus, ut figura, quae consideratur in hoc corpore triangulo, / quae continetur sub tribus ter(minis), quia sub lineis. [] Dicitur etiam figura / imago, id est forma impressa ab artifi(ce). In hac significa/tione dicit M. Al. quod recipiebatur ab Aristoteli, cum dixit: **Quart/um**[704] **genus quali(tatis) est figura** etc(66.5). Sed quia Boethius est contra(rius)[705], dicimus quod in alia / recipitur ibi.

Nunc de forma. Forma dicitur prorpie alicuius corpris / compositio circa figuram considerata. Dicitur etiam forma proprietas / considerata circa ipsam ~~i(m)po(s)itionem, ut albedo, cum di/co 'rationalitas~~ est in isto', ~~ut for(ma) improprie retinetur ibi for(ma)~~. /

Nunc definiamus for(mam) et figuram simul in propria significatione, / sic. For(ma) vel figura est qualitas quae sub aliquo / vel aliquibus terminis continetur aut alicuius corporis compositio circa / figuram considerata. /

13.45) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 39rb-va

[0.1] Quoniam Aristoteles fecerat mentionem de contrariis, ideo eorum talem / ponit regulam: **Si unum contrariorum(!) fuerit quale, et re/liquum erit quale**(67.8). 'Quale' large accipit et ad qualia et ad / qualitatem. Postea subdit(67.10-11): ut si iniustitia / iustitiae fuerit contrarium, et iustitia fuerit quale, ergo et / iniustitia fuerit quale. Postea(67.11-14) probat quod iustitia est quale, / quia non est substantia nec quantitas nec aliquod aliorum po/terit ei adaptari a qualitate, ergo est

---

703 philosophis] filo *P*

704 Quartum] t(er)ci/um *P*

705 *Ubi?*

qualitas. /

[0.2] ¶ Nunc opponamus regulae Aristotelis, postea argumento. /

[1] Ponamus quod iniustitia non sit. Tunc iustitia erit qualitas, / ergo iniustitia erit qualitas, ergo erit. **[]** Ad hoc dicimus quod Aristoteles / sic intellexit: si unum contrarium fuerit quale, et reliquum / existens erit quale.

[2.0] Argumento sic opponitur.

[2.1] Nullum aliorum / praedicamentorum a qualitate **aptabitur**(67.11) illi quod significatur / hac propositione 'Socrates est homo', ergo illud est qualitas. **[]** Quidam / dicunt quod est qualitas. **[]** Sed eis sic opponitur. Si illud est qua/litas, ergo non est significatum alicuius propositionis. Vel sic. Illud / est qualitas, ergo potest significari simplici termino. /

[2.2] ¶ Item. **Nullum aliorum praedica**(**mentorum**) a qualitate **aptabitur**[706] / huic universali 'accidens', ergo illud est qualitas. **[]** Ad hoc dicit M. / Alb'. quod accidens est qualitas. Et probat sic. Iste terminus 'acci/dens' tantum valet quantum iste terminus 'res existens[707] **l39val** in subiecto' vel 'adsistens subiecto', sed iste terminus 'res exi/stens etc' significat qualita(tem), ergo 'accidens' significat qualitatem. / Quod iste terminus significet qualitatem, probat sic. Iste terminus / constat ex substantivo vocabulo et vocabulo / significante differentiam quae continetur in qualitate, ergo signifi/cat qualita(tem). **[]** Ad hoc dicimus quod eadem ratione iste terminus 'res / per se existens' et iste 'animal rationale' significat qualita(tem). / **[]** Ipse vero dicit. Non est simile, quia isti termini constant ex vo/cabulis significantibus differentias substantiales, sed ille non. / **[]** Nos vero respondemus. Sicut substantia competenter definitur / isto termino 'res per se existens', sic accidens competenter defi/nitur illo termino 'res existens in subiecto' etc; ergo [sed] aliquod su/bstantiale est in definitione substantiae et aliquod substantiale est in defi/nitione accidentis; sed non aliud quam differentia[m] substantialis, ergo / differentia substantialis est in unaquaque definitione. Et propter hoc dicimus quod / accidens non est quantitas; et quod istud vocabulum, scilicet 'accidens', / non magis significat qualita(tem) quam quantita(tem). Sed[708] si oppo/suerit de auctorita(te)[709]: "Singulum

---

706 aptabitur] abtab(itu)r *P*

707 existens + [(et) c()] *P*

708 S(ed)] Si *a.c. P*

709 C-4 p. 48.20: Eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significat aut *etc*.

incom(plexorum) etc", dicimus quod di/ximus tractantes de illo capitulo.

[2.3] Quid igitur dicemus de / Aristotelis argumento? Dicimus. Si intellexit sic '<iustitia>, id est res singularis / quae est iustitia et quae designatur simplici vocabulo vel potest / designari, non est aliud a qualita(te); ergo est qualitas', bonum est / argumentum. Sed si[c] intellexit sic 'iustitia, id est hoc universale 'iustitia', / non est aliud a qualita(te); ergo est qualitas' non sequitur, nisi sic intel/ligatur: hoc universale 'iustitia', cum non contineatur in diversis praedica(mentis), / et non sit aliud a quali(tate), ergo est quali(tas). Sed hoc non possumus dicere de / istis 'accidens' 'res singularis' 'res simplex' et de consmilibus; / et ideo non possunt probari esse qualitates. ¶ Item. 'Populus non est / aliud a qualita(te), ergo est qualitas' vel sic 'chimaera non est aliud / a qualita(te), ergo est qualitas'. <Solutio>. Quia Aristoteles fecit arg(umentum) de re una et e/xistente, sed populus non est res una nec chimaera est res eixistens, / et ideo de illis non sequitur.

13.46) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 ff. 44vb-45rb

[1.0] Primum innuit Aristoteles / divisionem verbis istis: **Quotiens solet opponi di/cendum est. Dicitur enim(!) alterum altero opponi quadrupliciter**(69.12*). / Ponit eam secundario, sic dicens: **Aut ut contraria, aut / ut habitus et privatio, aut <ut> affirmatio et negatio, aut / ut relativa(!)**(69.13).

[1.1] De hac divisione diversae erant senten/tiae apud Stoicos et Peripateticos. Sed quia, ut dicit / Boethius[710], Stoicorum sententia erat longa, ideo eam di/mittimus, et sententias Peripateticorum vide/amus. Quarum una est quod esset vocis in modos, alia / est quod esset generis in species.

[1.2] Illi, qui dicebant quod esset / vocis in modos, sic probabant: Quia oppositum dicel**45ral**bant multis modis. **[]** Et hoc probabant sic. Nisi opponi vel / oppositum diceretur multis modis, non dixisset Aristoteles / **quotiens solet opponi**, sed dixit, ergo oppositum multis modis / dicitur illa divisione; ergo illa divisio est vocis in modos. / **[]** Item **alterum altero opponi dicitur quadrupliciter** illa / divisione; ergo illa divisio est vocis in modos.

[1.3] Nos vero, / quia istam sententiam non tenemus, obiectiones de/terminamus. Quarum prima est **quotiens solet opponi dicen/dum est** id est omnia genera oppositorum sunt ponenda. Alia / est, ut cum dicitur

---

[710] inC 264C15-D1

"oppositum **dicitur quadrupliciter**", id est quatuor / sunt genera oppo(sitorum).

[1.4] Istis sic determinatis, adhaerentes Boethium, / dicimus quod est generis in species, id est superioris per inferiora. / Quod sic probat Boethius[711]. Hoc universale 'oppositum' habet convenire / illis quatuor secundum unam et eandem definitionem, quia secundum istam; ergo illa / divisio non est vocis in modos. De hac divisione diversae erant[712] / sententiae, ut diximus. Sed, ut dicit Boethius[713], illi melius / dixerunt, qui nomen oppositionis loco generis posuerunt; / 'nomen oppositionis' accepit ibi <hoc> voca(bulum) 'oppositum'.

[1.5] Qui/dam, ad<h>aerentes verbis Boethii[714], dicebant quod erat divisio generis, / sic probantes. Nomen oppositionis, id est 'op(positum)', ibi ponitur loco / generis; ergo ibi significat genus, ergo illa divisio est generis. **[]** Non sequitur, / quia sic accepit Boethius: nomen oppositionis loco generis acci/pitur univoce, hoc universale 'oppositum' significatum ab illo / habet convenire istis quatuor, scilicet oppositis ut relativis / etc, quia eodem nomine et eadem ratione, scilicet hoc nomine 'oppo(s)i(tum)' / et eadem ratione qua sic definitur[715] "Opposita sunt quae in eodem, / secundum idem, in eodem tempore, circa unam eandemque partem(!), si/mul esse non possunt". Nota quod quinque ponuntur in hac / definitione. Quorum unum convenit oppositis omnibus, quam/vis non simpliciter, scilicet quod non possunt esse in eodem relativa. / Namque non possunt convenire eidem secundum idem, vel non possunt esse / in eodem secundum idem (hoc additur ut conveniat proprietatibus / et sumptis); privatio et habitus non possunt esse in eodem tempore; / contraria non possunt esse in aliquo circa unam et eandem partem; / affirmatio et negatio non possunt esse simul.

¶ Contra hanc / definitionem tales fiunt obiectiones. De quocumque de/finitum, et definitio; sed definitum praedicatur, cum dico 'pater/nitas et filiatio sunt opposita'; ergo sunt quae in eodem etc; ergo non pos/sunt esse in eodem. ¶ Aliter album et nigrum sunt opposita, **l45rbl** ergo sunt quae in eodem secundum idem etc, ergo non possunt esse in

---

711 inC 265A13-B1: Quare, si ea quae suboppositione ponuntur oppositionis nomen definitionemque suscipiunt, quid est dubium oppositionem non aequivoce praedicari?

712 era(n)t] ara(n)t(!) *a.c. P*

713 inC 264D6-7: Sed qui melius iudicavere, hi oppositionis nomen generis loco dicunt debere praedicari

714 inC 264D6-9: idcirco quod cum nomen oppositionis de subiectis quatuor oppositionibus praedicetur.

715 inC 264D10-265A2

eodem; sed pos/sunt esse in eodem, id est convenire eidem, quia idem potest esse albus / et niger. Adhuc possunt fieri multae obiectiones. / **[]** Sed, quia in omnibus eadem solutio est, idcirco insimul determi/nat 𝔸1., dicens quod in illis definitionibus, quae dantur per vim / negationis, non possunt ea praedicari disiunctim quae praedicantur coniunti<m> / de aliquibus.

13.47) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 46rb-va

[0.1] ¶ Nunc videndum est quid sit privari. **Privari autem tunc dicimus / unumquodque susceptibilium habitus, quando id, quod natum**[716] **/ est habere, nullo modo habet**(71.3). Hic notat Aristoteles quod privari non potest / dici nisi de illo quod habuit <h>abitum ex natura vel quod natus est / ad habendum habitum. Et ita non debet dici 'hic lapis / privatur visu'.

[0.2] Probat postea quod privari non est priva(tio) / nec habere habitum est habi(tus). Et hoc facit ne aliquis deceptus / cogitaret priva(ri) et priva(tionem) idem significare. Et hoc du/abus propositionibus. **[]** Prima talis est: **Habitus** ut **visus, pri/vatio** ut **caecitas**(71.9). **Nam si caecitas et caecum esse / essent(!) idem, utraque de eodem praedicarentur**(71.12). Quod probat, / dicens: **Sed**[717] **caecus dicitur homo, caecitas vero nullo / modo homo dicitur**(71.13). Unde potest concludi: Ergo caecitas et cael**46val**cum esse non sunt idem. Et ita de aliis.

[1] Item cum dixit: / **Si caecitas et caecum** etc(71.12), aut locutus est contra illos qui di(cebant) ter(minos) / 'caecitas' et 'caecum esse' idem significare[718], aut contra illos qui dicebant / ea significare diversa; <sed>, quia eis non esset oppositio, et ita est lo/cutus contra illos qui dicebant ea idem significare.

[2.0] Modo videndum / est an loquatur de rebus vel de termi(nis). Si <enim> dicat de istis universalibus 'cae/citas' et 'caecum esse', et intelligat sic: **si caecitas et caecum esse** / id est res istae **essent(!) idem**, nihil videtur dicere, cum nullae / res sint idem. Similiter, si dicat 'si "caecitas" et "caecum esse", / id est isti ter(mini), sunt eiusdem significationis, uterque de eodem praedicatur', hoc est f(alsum), quia / isti ter(mini) 'homo' et 'homines' sunt eiusdem significationis, non tamen

---

716 natum] [i]natu(m) *P*

717 Sed] Si *P*

718 significare] sig(nifi)c(ati)o(n)e *P*

praedicantur de eodem. /

[2.1] M.P. ita legebat. **Si caecitas et caecum esse** id est isti ter(mini) / **essent(!) idem, praedicare<ntur>** etc. **[]** Notandum est quod ta`lem´ faciebat / divisionem 'terminorum alii subicituntur tantum ut haec vox "ego" / et "nemo" et "nihil", alii praedicantur tantum ut verba, alii / praedicantur et subiciuntur[719]'; item 'eorum quae[720] sunt [quid sunt] praedicabilia, alii / sunt idem praedicabile ut "homo" et "animal rationale mortale", alii / non'. **[]** Sed ei oppo(nitur). 'Homo' et 'animal rationale mortale[721]' sunt idem praedica(bile), ergo / sunt unum praedica(bile), ergo non sunt duo praedicabilia; sed sunt paria, / ergo sunt duo praedica(bilia); et ita sequitur inconveniens.

[2.2] Quare m. Al. / ita legit. **Si caecitas et caecum esse** id est si significatum unius et si/gnificatum alterius **essent(!) idem**, quod quidam dicebant, **utraque praedi/carentur de eodem**.

13.48) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 47 ra-rb

<Quoniam autem privatio et habitus(71.25)>.

¶ Tractaverat Aristoteles de quatuor modis exponen/di, scilicet de oppositis ut relativa, et sic de ceteris. Sed, quia non / assignaverat differentiam nisi inter opposita ut relativa / et oppo(sita) ut contraria, ideo nunc reddit ad differentias aliorum. /

Et dicit Boethius commentans super hoc[722]: Cum quatuor sint res, scilicet quat/uor[723] modi oppositionis, sex s(unt) differentiae: tres de oppo(sitis) ut / relativa ad sequentia, et duae <de> oppo(sitis) ut contraria ad du/o sequentia, et[724] una de oppo(sitis) ut priva(tio) et ha(bitus) ad oppo(sita) / ut affir(matio) et ne(gatio); et ita sunt sex. Et accipit differentiam ad col/lectionem differentiarum.

Nunc est adsignanda differentia inter <opposita ut> pri/va(tio) et h(abitus) et alia.

Duas assignat Aristoteles differentias inter oppo(sita) / ut priva(tio) et ha(itus) et oppo(sita) ut re(lativa). Quae duobus possunt demon/strari syllogismis. Primus talis est: Unumquodque relativorum id / quod est

---

719 subiciuntur] sub(icitu)r *P*
720 quae] q(uid) *P*
721 mortale] mox *P*
722 inC 272C4-273A14
723 quatuor] q(ua)tru(m)/uor *P*
724 et + [c(um)(?)] *P*

alterius dicitur, ergo nullum oppositorum ut priva(tio) et ha(bitus) / est ut relativa. <Secundus ...>.

¶ Postea (72.5) assignat diff(erentias) inter <opposita ut> priva(tio) / et ha(bitus) et[725] oppo(sita) ut contraria. Quae tales sunt. Differunt op/posita ut pri(vatio) et ha(bitus) a contrariis immediatis, quia imme/diatorum necesse est alterum inesse suo susceptibi/li; sed nullum eorum, quae sunt oppo(sita) ut priva(tio) et ha(bitus), est / necesse etc; ergo differunt a contrariis mediatis quae insunt / subiectis determi(nate), ut nigrum corvo et album nivi / differunt, quia alterum eorum determi(nate) inest subiecto, quia di/cit Boethius[726]: "Cum nix deter(minate) sit alba, non erit alba vel nigra, / et de corvo similiter, cum sit niger deter(terminate), non erit albus / vel niger"; sed oppo(sita) ut priva(tio) et ha(bitus) non, ergo differunt. /

¶ Item a contrariis media(tis) differunt, ita quod non notatur / a quibus media(ta), quia illa nunquam necessario insunt omni / subiecto; sed opposita ut privatio et habitus, sic, quia post determi(natum) / tempus pri(vatio) et ha(bitus) insunt subiectis; ergo differunt.

Et propter haec ver/ba Boethii "cum nix sit etc", ~~et Aristotelis qui dicit[727] "cum affirma(tio) / determi(nate) significet de eo quod est esse"; et propter haec verba~~ non vult / 𝕞. ℙ. concedere 'nix est alba vel nigra' 'dens est rationalis **l47rbl** vel irrationalis'. **[]** Sed, quia videtur absurdum non concedere huiusmodi / propositiones, et dicere aliquam propositionem non esse orationem significantem / v(erum) vel f(alsum), quia semper significat, concedo 'nix est alba vel ni/gra' et simi(les). **[]** Auctoritates vero sic determinamus. / Cum Boethius dixit "Cum nix deter(nate) sit alba, non erit al(ba) vel ni(gra)", / intellexit 'vel' pro 'et', quasi dicat 'cum nix deter(nate) sit al(ba), non erit / aliqua nix alba et ni(gra)', et ita in ceteris.

13.49) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 47rb-va

¶ Aliam as/signat differentiam (74.7). Quae talis est, quia eorum, quae sunt opposita / ut affirmatio et negatio, alterum semper necesse est esse; ergo dif**l47val**ferunt. Quod alterum eorum, quae sunt oppo(sita) ut affirmatio et negatio, semper sit / necesse est, probat sic: Quia, sive res sit sive non de qua / dico 'Socrates est sanus' 'Socrates non est sanus', semper

---

725 et] ad *P*

726 inC 275D1-3: Non enim nix aut alba aut nigra est, sed tantum alba, et corvus non aut albus aut niger, sed solum niger.

727 *Ubi?*

necesse est alterum esse. / **[]** Quod est contra sententiam ℙ. dicentem non esse dividentes, sive sit / res <sive non> de qua dicatur.

Postea (74.10) probat alterum contrariorum non semper / esse, quia si Socrates non est, non est verum quod sit sanus vel aeger; et ita / de pri(vatione) et h(abitu) et re(liqua).

13.50) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f.

Postea ostendit alium modum ex / sua parte, dicens: **Videtur autem praeter eos qui dicti sunt alter / esse modus prioris. Eorum enim, quae convertuntur secundum essentiae con/sequentiam, quod alterius quomodolibet est causa, digne prius natura dicitur. / Quod(!) aliquae(!) huiusmodi sint(!), patens(!) est. Esse namque hominem converti/tur secundum essentiae consequentiam ad veram de <se> orationem**(76.10-15), ut cum / dico 'si[728] homo est, vera est oratio qua dicitur hominem esse', 'homo' est causa / huius, scilicet vera est oratio etc; ergo haec species 'homo' vel[729] res quae est homo vel si/gnificatum huius vo(cis) 'homo' est causa illius. Sed haec species 'homo' non, nec res quae sit homo, / † ergo hoc significatum 'hominem esse' est causa illius, sed haec species non; † ergo est / efficiens vel formalis vel materialis vel finalis; sed non est / alia nisi efficiens; ergo movet et operatur aliquid ad hoc ut illud / sit cuius est causa. Quod est f(alsum). Quare dicimus quod non sequitur 'si est causa illius, / ergo est causa', quia cum dico 'est causa illius', id est est id quod solum exigitur / ad hoc quod sit vera.

Adhuc opponitur. Si homo est, vera est oratio / qua dicitur hominem esse; et si vera est oratio qua dicitur hominem esse, oratio / est; ergo si homo <est>, oratio est. **[]** Dicit ma. Alb'.. Non valet, quia non potest / confirmari aliqua re. **[]** Vel possumus dicere quod intellexit / istam cum constantia 'si homo est, vera est oratio qua dicitur <h>ominem / esse', quia si dicit 'si homo est, vera est oratio qua dicitur hominem / esse', cum ipsa habet; sed in conclusione non intelligit cum / constantia, et[730] non est syllogismus.

13.51) C15, Padova Bibl. Universiaria 2087 f. 48vb

[0] In fine ostendit Aristoteles quid sit contrarium huic generi

---

728 si] so(crates) *a.c. P*

729 vel] e(st) *P*

730 et + [**] *P*

‘motus’ / et quid unicuique speciei illius, dicens(78.8-9): “Motui quies est contra/rium, corruptio generationi, diminutio augmento, / quies secundum qualitatem alterationi, quies secundum locum mutationi secundum / locum”.

[1.1] Sed nunc opponitur. Quies et motus sunt contraria, ergo non sunt / in eodem. Sed probo quod sunt in eodem. Augmentum est in hac ar/bore, ergo motus. Item quies secundum qualitatem est in ea, ergo quies. /

[1.2] Quidam dicunt quod non sequitur ‘si augmentum est in hac re, ergo / motus’.

[1.3] Sed m. Al. dicit quod sunt in eodem, sed non ut forma.

[1.4] Sed ei / opponitur. Augmentum est in acere[731] ut forma, ergo motus. / Similiter quies secundum quali(tatem) est in eadem re ut forma, ergo quies. Vel / aliter. Si motus est in ea ut forma, quia species eius est in ea ut forma; / ita quies est in ea[732] ut forma, quia eius species est in ea ut forma. **[]** Ad / hoc dicimus quod, sicut caecitates[733] non potest esse in aliquo ut forma nisi / careat omni visu, ita quies non poest esse in aliquo ut forma / nisi careat omni motu.

[2] Et notandum est quod quies secundum usum / proprie accipitur ad quietem secundum locum, sed in larga significa/tione continet sex species, sicut motus stricte signifi/cat specie<m>, large vero sig(nificat) genus.

==========

The manuscript, Paris BN lat. 2904 pp. 259-262 + I-VIII, is not only heavily damaged but also mutilated in the three margins. I supply «» my guess readings where it is mutilated; but still there are many places which does not make sense.

14.1) Paris lat. 2904, pp. 261a-262a, among discussions on *collatio*

Item. Divida/tur hoc genus ‘aegritudo’ in hanc speciem ‘febris’ et aliam quae contineat omnes alias aegritudines. / Et significetur hoc vocabulo *a* illa species, *b* sit deno(minative) sumptum iuxta *a*. Erunt ergo deno(minative) sumpta |*mutilata*|
[**261b**]|*mutilata? seu forse non mutilata?*|s iuxta hanc speciem *c*. *C* ergo aut erit hoc p(raedicabi)le ‘aegritudo’, aut contentum sub eo, aut h«----------» / contentum sub eo. Sed non erit hoc

---

731 acere] acre *P*

732 ea] eo *P*

733 caecitates] cecitata^{s}(!) *P*

prae(dicabi)le ‘aegritudo’, quia sic esset aliquid medium inter sua inferiora quod in«----------» / sub eo, ergo vel erit haec species ‘febris’ vel conten(tum) sub ea vel haec species *a* vel conten(tum) sub e«----------»/rum erit, quia sic aliquid esset me(di)um inter se et aliud. Nec conten(tum) sub altera, quia tunc conten«----------» / medium inter suum superius et aliud, quod tantum est impossibile. Relinquitur ergo quod sit hoc p(raedicabi)le ‘sanit«as’ ----------» / eo. Sed non erit conten(tum) sub eo, quoniam sanitas est species specialissima. Erit ergo hoc p(raedicbi)le ‘sanit«as’ ----------» / medium inter febriens et *b*, quia idem sig(nificata) a hoc quod sumptum iuxta *c*.

... ... **[262a]** ... ...

De aegritudine dicit magister / «---------- dividi» et in febrem et aliam speciem quae conti(net) omnes alias aegritudines / «----------»as duas species, in simplicem scil. aegritudinem et compositam. Et re/«----------» d(i)c(t)a ob(iecti)o de sumptis simplicis aegritudinis et compositae. Et poterit / «----------» --- quod scil. sunt contraria et habent sanum, medium, ex praedictis satis potest ha/----------» ----- sufficienter potest d(ivid)i in hominem et equum, quia in nullo substantiali sic affini/----------»ita(m) posset in hominem et simiam.

14.2) Paris lat. 2904, p. Ia, among discussions on *collatio*

Item quaeritur de hoc superlativo ‘albissimum’ quid habeat se/cum. [] Si dicatur ‘albius’ vel ‘minus album’, ergo si aliquid est albissimum, aliquid est albius vel minus al/bum. Quod non sequitur, quia aliquid potest esse valde album et nihil esse minus album eo.

Ad hoc potestis dicere, sicut / m. R. dicebat, quod hoc proprium generaliter est relativorum. Faciebat enim ui(m) in hoc vocabulo ‘relativorum’, et dice/bat ------ est proprium relativorum. Generaliter enim eorum quae inter se sunt relativa; similiter vero non est unum eorum quae inter se / sunt relativa. Quare non est aliqua ob(iecti)o de eo, nec est relativum, quia hoc incompetenter dicitur secundum eum. Dicebat enim / quod hoc vocabulum ‘relativa’ in plurali numero notat intrinsecus respectum sicut et hoc vocabulum / ‘si(mi)lia’. Unde, sicut incompetenter dicitur ‘istud est simile’, similiter incompetenter dicitur ‘istud est relativum’. Si est relativum |*mutilata*|

14.3) Paris lat. 2904, p. IIa-b, the last of the discussions on *collatio*

¶ Item secundum modum loquendi videtur quod hoc vocabulum ‘coloratum’ recipiat magis et minus, quia non / «est haec m»ulier magis colorata quam illa.

Ad solutionem huius dubitationis dicunt quidam quod / «----------» duas habet acceptiones. Unam prout significat habitum sive sumitur ab habitu/«ne -------; a»liam prout sumitur ab affectione. Et secundum hoc recipit magis et minus secundum quod significat ha/«bitum; ----------» significatum hoc vocabulo ‘coloratum’ et non recipit magis et minus.

Sed quaeratur ab eis, qui in hac sunt / «sententia», quo modo acceto hoc vocabulo ‘habitus’ dicitur coloatum significare habitum. Habitus enim / «habet duas ac»ceptiones in hac facultate. Unam prout significat genus generalissimum in praedicamento ‘ha/«bere’; sed ma»nifestum quod ‘coloratum’ non significat aliquid quod contineatur in praedicamento ‘habere’. Aliam habet / «prout di»cuntur opponi ut privatio et habitus; sed secundum hoc habitus spectat ad natura/«lem potentiam» vel naturalem impotentiam, coloratum non, sed potius ad passibiles qualitates. Si / «----------»nes, aliam habet prout habitus et dispositio sunt una species qualitatis. / «----------»ur habitus. Habitus est qualitas adveniens subiecto per appli|*mutilata*|
[**p. IIb**] |*mutilata*| et contenta sub eo significabunt habitum, et ita album. Non ergo diceretur quod ‘album’ significat aliquid ratione, c(um) / non sit vera haec propositio ‘Socrates est magis albus quam Plato’ ~~non videtur~~ nec solet dici. Ideo videtur magistro / quod hoc vocabulum ‘coloratum’ «non» recipit magis et minus in aliqua significatione.

Et ita respondet rationibus bene / admittit quod «Socrates est» magis affec(tus) albedine vel alio colore quam Plato, Socrates est magis affectus / colore quam Plato. Haec est tamen sophistica ex compositione et divisione ex diversa determi(natione), / quia si hoc vocabulum ‘magis’ determinet illam totalem orationem ‘affectum albedine’, incongrua est locutio; / si determinet partem, hanc scilicet dictionem ‘affectus’, et congrua et vera est, sicut videtis hic ‘Socrates est magis al/ba res quam Plato’. /

14.4) Paris lat. 2904, p.

Item quaeritur utrum quidquid / «sequitur ex pro»babilibus sit probabile.

Ad quod sic. Quidquid sequitur ex veris est verum, et quidquid

ex necessariis / «necessari»um, <ergo> quidquid ex probabilibus est probabile.

Quo dato, contra.

Si aliquid est necessario verum contingens, ipsum est necessarium; / «necessarium» non est contingens; et si non est contingens, non est n(ecessari)o contingens verum. Ergo a primo, [ergo a primo]: si est necessario verum / «contingens, ipsum non est necessario» contingens. Sed si aliquid est necessario verum contingens, ipsum est necessario verum contingens vel tu es capra; et si aliquid est necessario verum contingens, / « ipsum non est necessario» contingens; ergo si alquid est necessario verum contingens, tu es capra. Prima sunt probabilia, ergo illatum est probabile.

So(lutio). |*mutilata*|

p. IVb |*mutilata*|

---------- /

f(als)am, dicentes ex affirmativa non sequitur negativa.

Quarti, scil. Albe., primo arg(umento) resistunt, dicentes contra Aristotelem, ar/gumentationem quae fit a primo ad ultimum non esse necessariam.

Quinti concedunt ultimum illatum, dicentes ex quolibet impossibili / per se sequi quidlibet.

Item. ‘«Socrates» est Marcus, Tullius est Socrates, ergo Tullius est Marcus’ syllogismus est in primo modo primae figurae; / ergo illatum probabil«e quod» sequitur ex praemissis. Sed praemissa inferuntur ex primo. Primum enim infert se ipsum; et idem / infert sui simplicem conversam, hanc scilicet ‘Marcus est Socrates’; et haec infert hanc ‘Tullius est Socraes’. Ergo ex prima primae argumentation/is inferuntur primae duae, et ex illis conclusio primae argumentationis, ergo conclusio sequitur ex prima. Ergo haec consecutio est necessaria / ‘si Socrates est Marcus, Tullius est Marcus’. Eadem ratione ‘si Burnellus est Marcus, Tullius est Marcus’. Et ita **ex impossibili sequitur** aliquid, quod nihil per/tinet ad ipsum. Eadem ratione ex illo sequitur **quidlibet**. **[]** Solutio. Primae propositiones non inferuntur ex prima nec il/latum. Argumentatio enim a simplici conversa non est necessaria.

Item probabile est omne diametrum esse divisibile / in duo aequalia. Sed. si diametrum constat ex punctis, ex utraque parte centri sunt paria aut imparia; / et addita ~~unitate centri~~ tota summa est impar; et ita impossibile est omne dividi in duo aequalia; [et ita / impossibile]. Sed possibile est diametrum non constare [non constare] ex punctis; sed ex hoc probabiliter accidit ~~omne / corpus esse compositum~~. **[]** Solutio. Dicimus

quod, quamvis probabile sit diametrum posse dividi in duo aequalia, non tamen probabile est / omne ~~corpus~~ esse compositum, quamvis hoc probabiliter accidit ex illo. Similiter probabile in triangulo aequelat(er)o / angulos supra basim esse aequales, non tamen probabile est hoc quod accidit ex illo, scil. lat(er)a esse aequalia.

Sed / probabilius videtur ex impossibili `non´ sequi quidlibet, hoc modo. Posito quod id, quod significatur argumentatione facta a sim/plici conversa, vocetur *a*; id, quod [vero quod] accidit probabiliter ex illa, scil. ex impossibili / sequi quidlibet, vocetur *b*. Inde sic. Improbabile est *a* esse verum et non *b* esse verum, ergo probabile est *a* esse verum, ergo / probabile est *b* esse verum. **[]** Solutio. Hoc argumentum falsum est, et ibi incidit fallacia compositionis et divisionis. Quod enim dicitur ~~dicto hy/po(theti)cae~~ probabile, sed ideo non sequitur dictum utriusque singularis esse verum.

Item probabile est ad *a* sequi *b*, sed probabile / est *a* esse verum, ergo probabile est *b* esse verum. **[]** Solutio. Hoc arg(umentum) est falsum. Et haec propositio falsa 'probabile est ad *a* sequi *b*' et <'probabile est> / *a* esse verum'.

Item. Impossibile est *a* esse verum et non *b* esse verum, ergo impossibile est *a* esse verum et non utrumque istorum esse / verum, <ergo impossibile alterum istorum esse verum et non utrumque esse verum>, ergo improbabile est `non´ utrumque istorum esse verum. Sed probabile est alterum t(antu)m esse verum et non *b* esse verum, ergo probabile est / *a* esse verum et non utrumque istorum esse verum. Sed idem est improbabile, ergo idem est probabile et improbabile. **[]** Solutio. Hoc arg(umentum) / falsum est 'impossibile est alterum istorum esse verum et non utrumque esse verum, ergo impossibile est non utrumque istorum / esse verum' ex subtractione.

Item. Probabile est tantum alterum istorum esse verum vel non tantum alterum esse verum. Si / tantum alterum, sed improbabile est non utrumque istorum esse verum, non ergo probabile est alterum tantum esse verum. Si non tantum al/terum, ergo probabile est utrumque i(st)orum esse verum, quod falsum est; ergo conclusio primi argumenti vera est, sed utraque / pars illius indiget probatione. **[]** Hoc etiam arg(umentum) falsum est:

probabile est tantum alterum istorum esse / verum
vel non tantum alterum,
sed improbabile est tantum alterum istorum esse verum,
ergo probabile est
non tantum alterum i(st)orum / esse verum.

Instantia haec anima ex necessitate est iusta vel iniusta,
sed non ex necessitate est ius/ta,
ergo ex necessitate est iniusta.
Quod falsum est, quare et p(rimu)m.

Item dicit quod huiusmodi argumenta 'haec est mater, / ergo diligit' sunt probabilia. Sed videtur quod omnino ~~sint inconvenientia~~, hoc modo. 'Probabile est aliquam posse esse matrem / et ipsam non diligere filium suum'. Haec propositio est vera, ergo arg(umenta) tantum sumtum ab hac propositione / est verum, scilicet haec 'haec est mater, ergo non diligit'; et ita videtur quod hoc arg(umentum) sit non verum 'haec est mater, / ergo diligit'.

Item videtur quod fiat ex sola similitudine, ut istud est rube/um et est mel, illud est rubeum et est mel; ergo, demonstrato uno, istud est rubeum, ergo est mel. Quod falsum est, ergo potest dici quod prima argumentatio falsa est.

Vel, sicut / dicit magister, dicimus quod nulla argumentaio est impossibilis, omnis argumentatio an necessaria an / sophistica. Haec vero sophistica, et ibi incidit fallacia ex sola simili/tudine, sicut in argumentatione praedicta.

Item. Huiusmodi propositiones verae sunt 'quicquid / probabile est esse probabile, est probabile' 'quicquid probabile est esse improbabile, est probabile'. Haec vero falsa est 'quid/quid probabile est esse verum, est verum'.

Item. Demonstretur verum improbabile, et sit hoc triangulum ha/bere tres angulos aequales duobus rectis. Inde sic. Probabile est istud / sequi ex istis, demonstratis illis ex quibus hoc acci/dit, et ita sunt vera, ergo probabile est istud sequi ex istis ve/ris.

==========

15.1) H15, Paris lat. 15015 ff. 181va-182ra, cf. De Rijk 1966 pp. 47-48
cf. 15.2) below

Littera sic / continuatur. Definiendum est quid sit nomen et verbum. Sed **ista(!)** etc(5.5). / Ad tractandum proposita sunt voces et notae passionum **quae sunt / in voce**(5.5) id est quaedam voces, etc. Locus a partibus.

Diligenter dixit **|181vb| in voce**, non '`quae´ sunt voces', ut innueret se non universaliter, sed in parte de voce a/gere. Non enim de voce non significativa vel naturali hic agit, sed tantum de voce

signifi/cativa ad placitum. Quod ut insinuaret, et dixit **quae sunt in voce**, quod idem est ac / si diceretur 'ea quae continentur sub voce'. Esse <enim> in aliquo est sub illo conti/neri. Unde dicit Aristoteles, cum aliquid in parte assignare intendit, tali modo / dicendi utatur.

Passionum vero notas esse commodius dicit quam si diceretur 'intellectu/um'. Non enim omnes voces significativae intellectuum sunt notae; sed quaedam intellectus ut / dictiones et enuntiationes, quaedam vero alias notant animae passiones, ut impera/tiva oratio imperationem, deprecativa deprecationem, et cetera huiusmodi. Huiusmodi enim orationes, / etsi perfectae sint, nullos tamen intellectus significant, quia neque veros neque / falsos, `sed illi´ qui tantum compositionis et divisionis, id est affirmationis et negationis, sunt, nec intellectus / sine vero vel falso. Qui autem imperfecti sunt, a nominibus vel verbis vel imperfectis / orationibus significantur. Quod Aristoteles innuit in sequenti, dicens[734]: "Nomina et verba / consimilia sunt intellectui sine divisione et compositione". Cum igitur orationes praedictae / perfectae sint, non possunt intellectus significare imperfectos, cum nihil imper/fectum eis significetur. Sed nec veros significare possunt, quia huiusmodi intellectus / a solis enuntiationibus significari habent, quibus tantum convenit verum vel falsum significa/re.

Dicit tamen 𝕞. ℙ. idem verum vel falsum et eundem significari intellectum a / deprecativis et imperativis orationibus et consimilibus et ab enuntiationbus, ut idem in/tellectus significatur ab ista 'volo legere' et 'utinam legerem'. Alteram / tamen concedit propositionem esse, scilicet 'volo legere', quia verum sginificat et enuntiat; / altera non, scilicet 'utinam legerem', quia licet verum vel falsum significet, non tamen / enuntiat. Enuntiare enim non potest nisi affirmando vel negando. **[]** Si autem / quaeratur cur haec magis enuntiet quam alia, cum utraque verum vel falsum signifi/cetur, nulla potest reddi ratio. Quod enim dicat hanc, scilicet 'volo legere', / ideo enuntiare quia significat affirmando vel negando, alteram vero, scilicet 'utinam / legerem', negat enuntiativam esse quia non tali modo significat, nulla ratio / est. Non enim assignari potest quomodo affirmet vel neget illa [vero], cum idem / significet.

Similiter dicit eundem intellectum ab imperfectis et enuntiativis o/rationibus significari, ut 'homo albus' ab 'homo est albus' nil quantum ad intellectum / discrepare iudicat; alteram tamen[735] ex modo significandi propositionem esse as/gruit, alteram vero non.

---

734 H-1 5.15

735 tamen] t(antu)m *P*

Nos autem dicimus orationes imperfectas vel deprecativas et / huiusmodi nullatenus verum vel falsum significare, sed tantum quasdam animi passiones / constituere, non verum vel falsum intellectum, concedimus. **[]** Qui enim dicit 'ut(inam) legerem', / nullum animi intellectum, sed solam animi voluntatem manifestat. In audi/tore tamen[736] verum generat intellectum. Ex verbis enim eius concipit auditor / illum velle legere. Unde ista oratio 'ut(inam) legerem' solius volunta/tis et non intellectus nota est. **[]** Ista vero 'volo legere' intellectus nota est. / Intellectus enim proferentis demonstrat et significat. Eundem tamen intellectum utraque / in auditore constituit. **[]** Similiter, cum puer petit panem sibi dari, / dicens 'da mihi panem', non ad intellectum quem habeat manifestandum, cum non / intelligit se hoc velle, tali utitur voce; sed potest ad alium animae / affectum indicandum. Constituit tamen vox illa verum vel falsum in/tellectum in animo auditoris. Intelligit enim, qui audit, ipsum impera/re panem sibi dari.

Significat igitur huiusmodi orationes non intellectus sed / quosdam animi affectus. Unde dicit Priscianus: Modi sunt inclinationes animi / varios eius affectus indicantes. Sicut enim diversa sunt animi affectus, sic / ad aliorum designationes diversae sunt orationes: imperativa ad imperationem, / optatia ad optationem, et sic de ceteris.

Quod autem voces quaedam intellectum **l182ral** constituant, non tamen significent, sunt voces brutorum. Ex latratu / enim canis, qui audit, canem iratum cum[737] intelligit, non tamen vox illa / alius intellectus nota est, cum animal proferens vocem nullum habeat in/tellectum. Similiter dicimus quod nec veri nec falsi intellectus ab imperfec/tis significantur orationibus. Solius enim affirmationis <vel negationis> sunt huiusmodi intellectus, / quarum est verum vel falsum significare.

15.2) H15, Paris lat. 15015 f. 182va-vb, cf. De Rijk 1966 p. 48
cf. 15.1) above

¶ <**Est autem**(5.11)>. Assignata vocum et intellectus [et e converso] / differentia in eo quod intellectus idem omnibus, voces minime permanent, ne / in aliis proprietatibus disco<h>erere putarentur, eorundem assignat conve/nientiam, dicens quod, **quemdmodum** intellectus, qui sunt **in anima**, aliquando sunt veri, ali/quando sunt falsi, aliquando neque veri neque falsi, **sic etiam in voce**, quia secundum / significationem intellectus

---

736 tamen] t(antu)m *P*
737 cum] eu(m) *P*

contingit quasdam voces esse veras, quasdam falsas, / quasdam neque veras neque falsas. Et cum superius passiones animae, quam secundum naturam rerum / easdem dixit esse omnibus, pro sanis tantum accipit intellectibus, hic tam cassos / et omnino falsos quam sanos sub nomine 'intellectus' comprehendit. Intendit enim / commendare aequaliter tam animi conceptiones, quas hic ~~cum causam nomine~~ appel/lat intellectus, quarum proprietates breviter distinguendae sunt, cognito prius quid / sit intellectus. ~~Nec~~ nos moveat quod intellectus dicitur passio. Non enim proprie / passionis suscipit vocabulum, sed quia quaedam animae infertur passio dum / ad aliquid cogitandum applicatur.

Intellectuum vero alii sunt sani, alii / cassi. Sani dicuntur qui cum statu rei concordeat eodem modo rem quo se / habet percipientes, quia vocibus res subiectas habentibus significantur, ut hoc / nomen 'homo', dum subiecta res manet, sanum generat intellectum; re / vero destructa, cassam faciet opinionem. Cassi vero dicuntur intellectus / rem aliter quam se habet percipientes, nec cum statu rei concordantes, / ut sunt intellectus ab his nominibus 'chimaera' et 'hircocervus' significati.

In/tellectuum vero alii sunt veri, alii sunt falsi, alii nec veri nec falsi. Veri autem / intellectus enuntiationis intellectus sunt, et falsi similiter, nec veri nec falsi in/tellectus nominum et verborum orationumque imperfectarum.

Dicit tamen 𝕞. ℙ. imper/fectas orationes ab enuntiationbius intellectu non discrepare. Asserit / namque eundem intellectum ab ista oratione 'homo albus' significari qui ab ista **|182vb|** 'homo est albus', et idem verum vel falsum. Nec tamen hanc 'homo albus' propositionem / concedit, quia nihil enuntiando proponit. Nulla enim imperfecta o/ratio affirmat vel negat, enuntiare autem non potest nisi affirmando / vel negando. Quare, etiamsi verum vel falsum significet, non tamen est propositio, cum / nihil enuntiando proponat. **[]** Sed haec nulla ratio est. Non enim assigna/ri potest quare imperfecta oratio non enuntiet quod perfecta enuntiat, cum idem / prorsus verum vel falsum ab utraque significetur. Quare dicimus nec verum nec / falsum ab imperfecta oratione significari intellectum, cum nullum conve/niens sufficiat facere documentum, quod soli perfectae convenit / orationi. Perfecta enim dicitur omnis illa oratio per quam conveniens sane, <non> incon/veniens, fit[738] documentum; imperfecta vero quae hoc non habet.

Est etiam atten/dendum quod, si non omnis sanus intellectus proprie verus dicitur, nec omnis cassus / falsus. Intellectus autem

---

738 fit] sit *A*

nominibus rerum `non´ existentium ut 'chimaera' et similibus / significati cassi sunt, nec tamen veri vel falsi sunt.

Continuatio. In hoc differunt vo/ces ab intellectibus quod non sunt omnibus eaedem, sicut intellectus. Sed in hoc conveni/unt quod, **quemadmodum** intellectus est **in anima aliquotiens sine vero vel falso** / id est nec verus nec falsus, **aliquotiens** est in anima **cum necesse alterum eorum(!) inesse** / id est veri vel falsi circa intellectum, **sic etiam** contingit **in voce**, quia etiam ipsae / voces gratia intellectuum, quos significant, quaedam verae, quaedam falsae, quaedam neu/trum sunt. Intellectus vero sine vero et falso est in anima, quando vox incomplexa vel im/perfecta oratio profertur. Qui enim intellectum concipit, sed nec verum nec falsum, †. / Cum vero enuntiatio aliqua profertur, qui audit, verum vel falsum percipit in/tellectum. Contingit tamen enuntiationem falsam proferri, et verum intellectum in au/ditore constitui, ut si quis hanc falsam proferat enuntiationem 'Socrates est genus', / auditor tamen <non> verum habuerit intellectum, dum intelligit falsam esse locutio/nem, † et concipiet tali uti locutione. Intellectum vero, quem facit enuntiatio fal/sa, non habet hic † intellectum consensum adiungat; et ita esse vel non esse, ut / propositio dicit, incredulitate teneat. Si quis enim <dicat> 'Socrates est lapis', et au/ditor non ita percipiat nec fidem adhibeat, minime intellectum, / quem facit talis locutio, habere dicetur. Nullus enim intelligit Socratem esse lapi/dem nisi qui sic esse existimat. Quare dicimus quod non est aliquis intellectus, cuius no/ta sit talis enuntiatio, cum non sit in anima proferentis vel audientis, nisi sic / esse condiderit.

15.3) H15, Paris lat. 15015 f. 183ra-b

Sed nondum(6.1). 'Hircocervus' significat aliquid, **sed non/dum verum**[739] **vel falsum** id est rem esse vel non esse, **si non addatur esse vel non esse** / id est aliquod ut affirmatum vel negatum **vel simpliciter** cum verbis praesentis temporis / ponitur **vel secundum tempus** quando verbum praeteriti temporis vel futuri adiungitur. / Praesens enim, quod continet praeteritum tempus et futurum et complectitur, proprie / dicitur tempus simplex; alia vero dicuntur tempora[740] secundum tempus. Unde verbum **|183rb|** praesens simplex verbum dicitur, praeteritum vero et futurum verbi tempora. Vel **simpliciter** / id est sine temporis discretione, ut 'deus est ante saecula'; vel cum temporis discretione, / ut 'Socrates

---

739 verum vel falsum] q(uonia)m ÷ (ve)l n(on) ÷ *P*

740 tempora + [s(ed)] *P*

legit'.

M.P. glosat **simpliciter** id est sine adiectione temporali; / **secundum tempus** id est cum adiectione, ut cum additur ad verbum temporale adverbium ut 'modo' / vel 'semper' vel aliquid huiusmodi, ut 'Socrates legit nunc' 'Plato leget cras'.

Cf. H8 p. 333.39-334.2

15.4) H15, Paris lat. 15015 f. 183va-b, cf. De Rijk 1966 p. 51, cf. 23) below

Sed non omnis vox nomen / est; <et ideo> post vocem supponit **significativa**(6.4), per cuius appositionem nomen a non significativis / separatur, ut sunt syllabae.

Quidam vero sic exponunt: **significativa** id est inventa / ad aliquid significandum. **[]** Sed male exponunt. Sunt enim voces signifi/cativae, nec tamen inventae ad aliquid significandum, ut voces[741] naturaliter / significantes. **[]** Quas tamen m. P. dicit[742] constitutas esse ad significandum. / Asserit namque latratum[743] canis a naturali inventione[744] cani collatum / ut iram eius repraesentaret. **[]** Sed tamen sunt voces, quae quidem inventae sunt / ad significandum, nec tamen sunt voces significativae, cum modo non sint in usu. / Usus enim saepe mutat vocum significationem, et facit voces inventas **|183vb|** ad significandum non significare, ut cum vox ista 'ho()e()' inventa sit ad / significandum et apud antiquos in usu habitu, iam ab usu deiecta nec iam / amplius vox significativa est.

Quare dicimus illam vocem esse significativam quae est ap/ta ad aliquid significandum. Sive enim actu significet sive non, significativa di/cetur cum habeat in se aptitudinem significandi aliquid vel ex impositione ali/qua vel ex natura. Solae enim voces illae significativae sunt quae habent in se, id est in sua vo/ce, aptitudinem significandi.

Per quam excluduntur pronomina, quae non sunt vo/ces significativae. Non enim ex se, id est ex voce sua, sed ex demonstratione re/lationem significare habent. **[]** Per hoc etiam a vocibus significativis nomina interrogativa vel / redditiva separantur ut 'quis' 'qualis' 'talis', et

741 voces + [n(atura)l(ite)r] *P*
742 dicit] a(n)i(m)a *P*
743 latratum] lat(ra)t(us) *P*
744 inventione] hnuentione *P*

quaedam alia quae consignificant tantum / ut ‘omnis’ ‘uterque’ ‘ambo’ et omnes tam coniunctiones quam praepositiones, quae nihil signifi/cant sed tantum consignificare habent.

Est igitur <nomen> vox significativa quae habent in se ap/titudinem significandi. Hinc vero talem huiusmodi vocis divisionem intellige: / vox alia significativa[745], alia non. Et est sufficiens. **[]** Sed quaeritur utrum fiat / per opposita. Videtur enim eadem vox esse et significativa et non significativa, quia haec vox / ‘a’, cum sit nomen litterae, est vox significativa; cum vero pars, syllaba et non significativa. / **[]** Sed dicimus quoniam vox eadem in prolatione eadem non potest esse significativa et non significativa. / In prolatione enim eadem haec vox ‘a’ non est nomen et syllaba. Cum enim per se / profertur, ‘a’ semper nomen est; cum vero in dictione aliqua, syllaba et lit/tera est. Quare dicimus quod divisio praedicta facta est per opposita.

15.5) H15, Paris lat. 15015 f. 187ra-rb, cf. De Rijk 1966 p. 49

Est autem una(8.20). Superius talem / propostitionis innuit divisionem ‘propositionum aliae unae, aliae multiplices’. / Nunc definit quae sint unae, quae multiplices.

Sed secundum m. P. haec littera / sic legitur. Illa enuntiatio **est una quae unum significat** id est quae unum intellectum consti/tuit et sensum unum habet **de uno** id est in voce una. Sunt enim propositiones quae/dam idem significantes sed in diversis vocibus, ut ista ‘Marcus legit’ ‘Tul/lus legit’; sed, quia non sunt in eadem vocis materia, etsi eiusdem sint significationis, non sunt / tamen propositio una. Unde vult istam definitionem omnibus convenire propositionibus / quae unae sunt, tam categoricis <quam hypotheticis> quae unae sunt. Quod vero addit **vel coniunctione u/nae(!)**(9.1), hoc facit, ut talem innuat unarum propositionum divisionem ‘unarum aliae sunt / unae coniunctione, aliae non coniunctione’.

Nos vero non sic legimus[746]. Non enim hic / definit generaliter propositionem unam, sed simplicem et unam. In hoc enim opere tantum de / simplici enuntiatione intendit. Et quia dixerat quandam esse unam et primam, id est sim/plicem et unam, nec adhuc quid ipsa sit determinaverit, ideo illam definit, dicens: / Illa **est una quae significat** id est praedicat **unum** id est unam rem, quod identitas tantum non / sit in voce sed in

---

745 significativa] sig(nifi)ca(n)di *P*

746 legimus] legm()s *P*

significatione. Sed, quia diversa subiecta plures faciunt propositiones sicut praedicata / diversa, ideo addit **de uno**. Oportet enim quod identitas sit in subiecto tam in vo/ce quam [in praedicatione vel] in signifiatione sicut in praedicato. Quod **significat** pro 'praedicat' exposui/mus, auctorem habemus Augustin(i) in Praedicamentis[747] (*Ubinam?*). Dicit enim nihil aliud esse animal / praedicari de homine quam significari de homine. Sed, quia definit tantummodo quae est una, cum sim/plex sit, ne quis putaret solas illas unas quae praedicantur unum de / uno, ideo addit: **Vel coniunctione unae(!)** q.d.: illae sunt unae quae praedicant / unum de uno', et[748] aliae possunt dici unae quae hoc non habent; et quae dicuntur **coniun/ctione**[749] **unae** id est compositae sunt et unae, de quibus non est sermo modo.

Aliter etiam solet / legi **vel coniunctione**. Dicunt enim talem innui propositionum unarum divisionem 'proprositionum u/narum aliae sunt **unae coniunctione** id est per coniunctionem, aliae non'. Et iudicant con/iunctionem continuam prolationem, quae quodam modo ipsa praedicata coniungit. Sunt enim quaedam / propositiones quae fiunt unae per continuam prolatioem, ut 'Socrates est citharedus bonus'. / Si enim continue proferatur, una est propositio; si vero sub disiunctione, scilicet 'Socrates est citharedus, bonus', non erit una propositio sed plures. Sunt item quaedam quae semper / unae sunt quocumque modo profernatur, ut illae quae indubitanter unae sunt, ut 'Socrates est homo'. /

Plures autem(9.1). Definit quae sunt plures propositiones. **[]** Secundum 𝕞. ℙ. sic legitur: illae sunt **plures** / **quae** significant **plura** id est quod plures habent significationes. **[]** Sed, quoniam quaedam propositiones ita / significant plura [ita] quod unumquodque illorum, ut haec multiplex 'canis currit' / (haec enim plures habet significationes; significat enim caeleste sidus currere, et animal latrabile, et marinam beluam), **|187rb|** sed tamen, quamvis ista plura significet, accommodari potest ad unumquodque illorum / significandum (potest enim dicere 'canis currit' quia animal latrabile currit, et 'canis non currit' / quia caeleste sidus non currit); ideo ad tales removendas addit, id est ita unum significant et non plura quod **non unum** eorum, id est quod potest accommoda/ri ad unum eorum significandum. Qualis 'Socrates est albus crispus'. Haec enim ita significat / plura quod nullum eorum. Aliae vero, quae plures habent significationes ita quod ad / unamquamque illarum <significandam>

---

747 Praedicamentis] pm()tis *P*

748 et] (et)(iam) *P*

749 coniunctione] 9iu(n)c/ctio(n)e *P*

possunt accommodari [ad unum eorum significandum], non vo/cat multiplices propositiones, ut ista ‘canis currit’.

15.6) H15, Paris lat. 15015 f. 187va-188ra

Quod dicit (p. 9.16) omni negatio/ni aliquam affirmationem esse oppositam, falsum est secundum m. P.. Dicit enim mul/tas esse negationes quibus non est aliqua affirmatio opposita ut contradictio. Quas ne/gationes separativas vocat. Quales sunt illae in quibus negativa particula **l187vbl** «verbo[750] apponatur, ut» ‘Socrates non est albus’ vel ‘non est homo’. Negat enim istas esse / «contradictorias[751]» illarum ‘Socrates est albus’ ‘Socrates est homo’. Dicit enim istas ‘Socrates est homo’ ‘Socrates / non est homo’ et consimiles simul falsas esse. Socrate enim non existente, falsa est af/firmatio ‘Socrates est homo’ et falsa est negatio ‘Socrates non est homo’. Dicit enim quod talis negatio / ponit Socratem esse et hominem non esse. Cum enim subiectum affirmationis et negationis idem sit vel / maneat, ipsa negatio non extinguit quod affirmatio dixerat, sed separat hoc / totum ‘esse hominem’ a subiecto eodem, et positionem subiecti notat, et [non] separatio dicitur. Cuius contra/dictio est altera negatio, quae est ‘non Socrates non est homo’. Istius autem affirmationis ‘Socrates est homo’ contra/dictio est ‘non Socrates est homo’. Et sic ubique iudicat, ut quicumque alicuius affirmationis contradic/tionem facere velit, ‘non’ toti praeponit enuntiationi, sic: ‘Socrates est albus’ ‘non / Socrates est albus’, ‘Socrates est sapiens’ ‘non Socrates est sapiens’. Sin verbo apponat, non fa/cit negationem, ut ‘Socrates est homo’ ‘Socrates non est homo’. Falsae enim sunt simul, ut ipse / dicit, Socrate non existente. Ista enim ‘Socrates non est homo’ exigit ad suam veritatem ut / Socrates sit et non sit homo, quod impossibile est. Unde dicit istam propositionem ‘Socrates non est homo’ / falsam semper esse et impossibilem. Et concedit sequi ‘si Socrates non est homo, Socrates est’. **[]** Sed / ratione syllogismi oportebit eum concedere quod ‘Socrates non est’ <sit> separativa, cum particula ne/gativa verbo apponatur; et notet positionem subiecti. Quare oporte/bit eum concedere quod, si Socrates non est, Socrates est; quod aperte inconveniens est.

Quod autem / negativa particula enuntiationi debeat apponi, non ipsi verbo, aliarum propositionum / demonstrat inductio. Si enim affirmationis ‘Socrates, qui ambulat, movetur’ contradictio/nem faciamus

---

750 «verbo apponatur ut» *scripsi*, *legi nequit P*

751 «contradictorias» *scripsi*, *legi nequit P*

praeponentes ‘non’ verbo, sic ‘Socrates, qui ambulat, non movetur’, con/tingit affirmationem et eius negationem simul esse falsas[752], si dicamus unam illarum / alterius esse contradictionem. Socrate enim non ambulante, falsa est utraque: affirmatio, `scilicet´ ‘Socrates, / qui ambulat, movetur’, cum ipse non ambulat; et negatio, quae dicit ‘Socrates, / qui ambulat, non movetur’, quoniam dicit Socratem ambulantem esse et non moveri, / quod falsum est. Unde, si istius affirmationis contradictionem facere velimus, ne/gativam particulam toti enuntiationi praeponenda esse asserit, sic ‘non Socrates, / qui ambulat, movetur’. Dicit enim praepositum tale sensum facere: non est verum / hoc, scilicet <quod> Socrates qui ambulat movetur. Et ita de omnibus iudicat enuntiationibus, / quaecumque vel positiones[753] notant vel non. Dicit enim negativam particulam affirmationi praeposi/tam semper contradictionem facere, ut affirmationis istius ‘quatuor dies sunt quod fui / Romae’ ‘non quatuor dies sunt quod fui Romae’. Dicit semper unam veram et / alteram falsam, quamvis Socrates non fuerit Romae. Concedit tamen propositionem talem / ‘non quatuor dies sunt postquam fui Romae’ et similiter istam ‘non quatuor dies sunt postquam / mag. P. fuit asinus’, quod nos pro inconvenienti habemus. Negatio vero ut / affirmatio positionem notat. Cumque affirmatio plura notat, particula negativa sive verbo / apposita sive enuntiationi praeposita, nullo modo omnia removet. Ista enim ne/gatio ‘non qui ambulat movetur’ non totum destruit, sed semper ponit Socratem ambulantem esse. / Quare tam illa quam sua affirmatio falsa est, Socrate non ambulante. Est enim utraque multiplex. / Omnes enim tales, quae plura ponunt, multiplices sunt; quare nullas habent contra/dictiones. Et hoc idem de omnibus similibus tenendum est. Unde, quod Aristoteles dicit omni negationi / affirmationem esse oppositam[754], de liis quae unae sunt dictum intelligendum esse. Quare de mul/tiplicibus nulla est obiectio.

Secundum autem m. P., multas esse negationes dicentem / et[755] unas[756] quibus nullae sunt affirmationes oppositae, ut ‘Socrates non est albus’ ‘Socrates non est homo’, tot sunt / negationes vel etiam plures, quae nullam habent contradictionem affirmationem, quam illae quibus a/liquae

---

752 falsas] u(er)as *P*
753 positiones] p(ropositi)ones *P*
754 oppositam] appo(s)ita(m) *P*
755 et] (et)(iam) *P*
756 unas] una(m) *P*

sunt oppositae. Quare falsum est <quod> Aristoteles dicit[757] omni negationi affirmationem esse oppositam. / [] Quod tamen ipse sic exponit. **Omni negationi**, id est negationum maneriei, est **affirmatio op/posita**. Non enim 'omne', iuxta eum, refertur ad propositiones, sed ad quatuor propositio/num manerias quae ab ipso enumeratae sunt. [] Nos autem dicimus omni negationi, quae u/na est, affirmationem esse oppositam. De illis enim, quae unae sunt, tangit Aristoteles et illas dividit. **|188ra|** Definit enim enuntiatione<m>[758] simplicem et unam, eamque dividit. Unde / dicimus istius negationis 'Socrates non est homo' contradictionem esse 'Socrates est / homo'; et est eadem negatio cum ista '<non> Socrates est homo'. Eandem enim facit / negationem, particula ne<gativa>[759] verbo apposito et toti enuntiationi praepo/sita. Nomina enim verba transposita idem significant.

15.7) H15, Paris lat. 15015 f. 188va, cf. 30) below

Et quoniam multa alia contra sophistas sunt de/terminanda cum disputatio fit, addit Aristoteles **quaecumque talium** etc(9.18). / Ut enim testatur Boethius[760] in commento super hunc locum, sunt quaedam alia quae solent propositio/num dividentiam impedire: aequivocatio, univocatio, diversum tempus, diversa re/latio, diversus modus, diversa pars.

Aequivocatio est, ut diximus, quando vox plura significat, / ut 'canis est animal'.

Univocatio est, cum nomen generale vel speciale transfertur / ad ipsum universale determinandum, ut «cum» speciem in propria forma determinanda trans/fertur hoc nomen 'homo', cum dicitur 'homo est species' et nomen, quod est commune, in proprium speciei / nomen restringitur, et ipsi una sola res subiecta est, scilicet species. Cum vero dicitur / 'homo non est species', 'homo' quidem universaliter significat, sed aliter. Hoc[761] enim significat eam ut circa propriam / formam restrictam et ut hoc aliquid, sed ut rem communem. Unde remanet / ibi hoc nomen commune, et vera potest esse locutio, quia quidam homo non est species. [] Istum autem / modum sophismatum, ut ab aequivocatione non diversum,

---

757 dicit] c(um) *P*

758 enuntiatione<m>] en(un)t(iati)o(n)e *P*

759 ne<gativa>] ne *P*

760 inH2 130.14-134.7

761 h(oc) *P*, Non *lexit De Rijk*

Aristoteles aequivocationi sup/ponit in Elenchis et in aequivocatione[762] relinqui[763] intelligendum, cum ceteros so/phismatum modos distingueret. Unde hoc per **non aequivoce** remo/vet, alia vero quatuor separat per hoc quod dicit **et quaecumque talium** etc.

Secundum di/versum tempus fit sophisma cum verbum terminatione eadem secundum diversa accipitur / tempora, ut 'bibit', cum sit praesens et praeteritum, utrumque tempus consignificare poterit. / Sic Socrates bibit, quia in praeterito; Socrates non bibit, quia in praesenti. Et, cum sophisma / fit secundum tempus, sub aequivocatione continetur. **[]** Alio etiam modo fit sophisma / secundum tempus, quando verbum in eadem significatione retinetur temporis, sed tamen idem tempus significatur / diversis modis, ut cum verbum praesentis temporis in una propositione significat praesens / determinatum, in alia confusum praesens. Si quis enim `dicat´ 'm. A. legit in Monte' / et alius contradicat 'm. A. non legit in Monte', uterque verus potest esse, si unus determina/tum p«raesens in»telligat, alter confusum.

Diversa pars impedit, ut 'oculus est albus' / «'oculus non est albus'. Est enim ocu»lus albus, quia maiorem partem habet albam; solemus / «quoque oculos dicere non» albos, quoniam nigredinem in parte habent.

Diversa / «relatio est, ut si quis dicat 'a»rgumentum est species rationis et non est genus', et alius neget sic / «'immo argumentum est genus', uterque verus potest esse, quia unus» dicit argumentum esse speciem rationis et non esse genus eiusdem / «rationis, et alius dicit a»rgumentum aliquorum esse genus, qud item verum est. Quare uterque verus / «est.

Haec sunt ista sex quae in locutionibus» impediunt dividentiam, quae omnia Aristoteles removet / «per hoc quod dicit **et quaecumque talium** etc.»

15.8) H15, Paris lat. 15015 f. 189ra, among discussions of *contrariae propositiones*, or the lemma **Ut 'mnis homo est albus' 'nullus homo est albus'**(10.7)

Dubitatur / etiam de <pro>positionibus[764] signa praedicato apposita habentibus quae cui sit contraria. / Qualis est ista 'omnis homo est omne[765] animal'. Quaeritur si hanc habeat oppositam 'nullus / homo

---

762 aequivocatione *lexit De Rijk*, eq(ui)uoc(ati)one(m) *P*

763 relinquit] reli(n)q(iu)o *et supra* -o *add.* • *(punctum) P*

764 <pro>positionibus] p(ositi)o(n)ib(us) *P*

765 o(mn)e] u(er)e *a.c. P*

est omne animal' an istam 'nullus homo est aliquod animal'.

Ad quod dicit 𝕞. ℙ. / quoniam illi est opposita 'nullus homo est aliquod animal'. Dicit enim signa esse / mutanda, tam quae praedicato quam quae subiecto apponuntur.

Sed secundum <eum> contingit unam propositionem[766] / duas habere contrarias et unam esse ~~sententiam~~. Quae tamen in terminis eisdem contrariam / habere potest. Ista namque propositio 'omnis homo est aliquod animal' aliquam habet contrariam, vel / istam 'nullus homo est omne animal' vel istam 'nullus homo est aliquod animal'. In eis`dem´ <tamen> terminis / non possunt plures fieri negationes universales. Sed non poterit istam habere 'nul/lus homo est omne animal', quoniam simul verae sunt. Vera est enim quae dicit 'omnis homo / est aliquod animal', et vera quae dicit 'nullus homo est omne animal'. Quare non sunt contrariae, cum utra/que sit vera. Oportet igitur ut istam habeat 'nullus homo est aliquod animal'. / Sed hanc <𝕞. ℙ.> dicit contrariam istius 'omnis homo est omne animal'. Quare una duas habe/bit contrari`a´s, quod est inconveniens. **[]** Item. Ista 'nullus homo est omne animal' nul/lam habebit contrariam, quoniam nec istam 'omnis homo est aliquod animal', cum vera / sit cum ipsa; nec istam 'omnis homo est omne animal', cum aliam habeat negationem / contrariam ['omnis homo est omne animal', cum aliam negationem contrariam], hanc scilicet / 'nullus homo est aliquod animal'.

Quare dicimus nunquam esse mutanda appo/neretur, sed sunt dicendae «contraria»e 'omnis homo est omne animal' et 'nullus / homo est omne animal', et `i´«terum» 'nu«llus homo» est aliquod animal' et 'omnis homo est aliquod / animal'.

15.9) H15, Paris lat. 15015 f. 192ra-193ra, at the end of the discussion of ch. 9, Cf. 5.18) above, cf. De Rijk 1966 p. 52

[1] Ut aper/tius elucescat quod superius dixit Aristoteles, videndum est quae propositiones sint determin/ate verae vel falsae et quae non, et quae magis verae vel falsae sunt, nisi impedi/antur propter aliquod futurum, ut ista 'haec propositio est vera' exigit, etsi sit de / praesenti, quia potest impediri propter futurum, non est determinate vera vel falsa. +Item[767] 'astra sunt paria' haec est determinate vera vel falsa+, non / quia cognoscatur eius veritas vel falsitas, sed quia ita est verum natura. Illae, quae / sunt de necessario futuro, determinate sunt verae vel falsae, ut 'sol

---

766 propositionem] p(ropositi)o(n)e *P*

767 +Item - falsa+ *i.m. sinistr. add. P*

oritur / cras'. Illae vero, quae sunt de contingenti, non sunt determinate verae vel falsae, ut 'Socrates le/get cras'. Magis verae sunt vel falsae, quod magis habent se ad unum quam ad a/liud, ut 'Socrates leget cras', cum sit magister, magis habet se ad falsum / quam ad verum pro die festo.

[2.0] Sed, ut melius elucescat res, quaedam rerum / naturae praemittendae sunt, ex quibus rerum naturae <pro>positiones[768] suas contrahunt veritates. /

[2.1] Sunt igitur quaedam res sempiternae et nunquam a sua propria discedentes, ut deus / res sempiterna est et immutabilis et semper immortalis et huiusmodi in suo / esse simplicem necessitatem dicuntur habere. **[]** Item sunt quaedam res quae nec / sempiternae nec ipsa natura cum simplici necessitate perdurantes sunt. / Sunt tamen in ea quamdiu[769] sunt, vera ex necessitate[770], ut haec res sempiterna non / est, nec cum simplici necessitate mortalis est, sed quamdiu est, eum esse morta/lem necesse est. **[]** Item res quaedam sunt quae nec in simplici necessitate nec cum ne/cessitate quamdiu sunt in illis proprietatibus quas recipiunt perseverant, sed / circa eas posse esse et non esse dicuntur, ut cum dicitur 'homo ambulat', homo am/bulationem recipit, sed nec eam cum simplici necessitate nec eam necessitate / quamdiu est retinet.

[2.2] Idem vero in omnibus evenit. **[]** Sicut enim res quaedam sempiternae / sunt et in propria natura cum simplici necessitate remanent, ita propositiones, quae eas signifi/cant, necessariae sunt et sempiterno perdurant, ut deus sempiternus et deus cum simplici / necessitate perdurat, ita quoque hae propositiones 'deus est immortalis' / sempiternam et necessariam veritatem retinent. **[]** Item, sicut quaedam res sempiternae / non sunt nec cum simplici necessitate, sed cum necessitate quamdiu sunt in sua / natura perseverant, eodem modo propositiones de illis rebus sempiternam et simplicem ne/cessitatem non retinent, sed ex necessitate quamdiu sunt illae res de quibus / fiunt, verae sunt; et sicut homo res sempiterna non est nec cum simplici necessi/tate mortalis est, sed quamdiu est necessario mortalis est, ita haec propositio 'homo est / mortalis' nec sempiternam nec simplicem necessitatem tenet, sed tamen quamdiu / homo est, necessario vera est. **[]** Rursus, sicut quaedam aliae res quae a natura supradi/ctae veritatis[771] in eas quae recipiunt omnimodo recedunt, et circa eas esse / et non esse possunt, ita propositiones, quae eas[772] significant,

---

768 <pro>positiones] p(ositi)o(n)es *P*

769 quamdiu] q(uam)diu *et supra* -ui *add.* a *P*

770 necessitate] necitate *P*

771 ueritatis] uitatis *p.c.* *et* uitates *a.c.* *P*

772 eas] ea *P*

nec cum simplici necessitate / nec cum necessitate quamdiu sunt, veritatem recipiunt, sed ad veritatem / recipiendam <esse> et non esse[773] possunt. Sicut enim So(cratem) non est verum cum simplici ne/cessitate nec cum necessitate quamdiu est, ambulare[774], ita haec propositio 'Socrates ambulat' **|192rb|** nec necessario simpliciter nec necessario quamdiu est, vera est; sed hae aut aequaliter / habent se ad affirmationem et negaitonem, aut ad unum frequentius et <in>aequaliter[775] / se habet <ut> 'Socrates est laudandus'. Nihil enim magis videtur esse illud quod dicit af/firmatio quam illud quod dicit negatio. Illae vero, quae plus ad alteram partem vergunt, sunt / huiusmodi, ut 'homo in senectute canescit'. Fit enim frequentius ut canes/cat, non tamen interclusum est ut non canescat.

[2.3] Sicut res sese habent, ita propositi/nes quae has significant. Si res enim in se ullam retinent necessitatem, / propositiones simpliciter necessariae sunt. Si enim contingenter res evenient, propositio, quae / illas[776] significat, contingens propositio nuncupatur. Si vero res impossibiles sunt, propositiones / impossibiles dicuntur quae illas significant.

[3.1] Rursus, quoniam tempora alia sunt praeteri/ta, alia praesentia, alia futura, sic res temporibus subiecta in temporum diver/sitatibus variae sunt. Aliae enim sunt praeteriti, aliae praesentis, aliae futuri temporis. **[]** / Similiter propositiones aliae significationes praeteriti temporis retinent, aliae praesentis, aliae / futuri.

[3.2] Et de praeteritis et praesentis dicendum est quod ut res ipsae sic propositiones / stabiles et definitae sunt. Sed futurorum alia sunt simpliciter necessaria, alia de/terminata, alia contingentia. **[]** Similiter propositiones de futuro aliae habent sim/plicem necessitatem veram vel falsam, aliae determinatam, aliae contingentem. Sicut enim / necessaria est deum in futuro immortalem, sic ista propositio 'deus est immportalis' sim/plicis est necessitatis; ut determinatum est hunc hominem in futuro mori, sic / propositio 'hic homo morietur' in determinatam retinet veritatem; sicut enim / contingens est hunc hominem in futuro pugnare, sic haec propositio 'hic homo pugna/bit' contingentem habet veritatem vel falsitatem.

[3.3] Contingens autem est quicquid / aut casu evenerit, aut ex libero arbitrio cuiuslibet descendit, / aut ex facilitate naturae in utramque

---

773 esse] re(m) *ut videtur P*

774 ambulare] amb(u)lat *P*

775 <in>aequaliter] eq(ua)l(ite)r *P*

776 illas] illa *P*

partem tendit, id est possibile est ut fieri pos/sit. Sed in praeterito et praesenti <in>definitum[777] non habetur[778] eventum. Postquam enim aliqua / eveniunt, evenisse necesse est et determinata sunt; et quae sunt, postquam sunt, / determinata sunt. Sed in futuris et contingentibus potest aliquid fieri et non fieri, ita / quod utrumque adhuc in<de>finitum[779] est. Habent igitur ex natura rerum dividentes affirmatio et / negatio, dividentes de futuris contingentibus, quod vel hanc vel illam veram esse / determinatum, nec tamen hanc nec[780] illam veram[781] esse determinatum est. Cum enim propositio/nes futurorum contingentium similes sint propositionibus praeteritorum vel praesentium, <in eo quod> / in utrisque affirmatio vel negatio vera est; et hic diversae sunt tamen, quod in praeteritis et prae/sentibus, sicut rerum eventus certus est, ita propositionum veritas vel falsitas.

[3.4] Sunt quaedam / tamen praesentia quae nobis videntur incerta, ut 'paria sunt astra vel imparia' / secundum cognitionem nostram utrumque incertum est. Sed, licet nobis hoc ignotum sit, / alterum tamen illorum in rerum natura definitum[782] est. Et quod nobis ignotum est, natura no/tissimum est et secundum rei verum certissimum est. Omnis enim multitudo secundum rei naturam / aut paritatem recipit aut imparitatem. **[]** Sed, si dicam hodie me / visurum amicum, et nobis et naturae incertum est. Ita enim se habet natura rei quod / hodie amicum videre et non videre possum. Quare huiusmodi propositiones, non quantum / ad nostram notitiam, sed quantum ad ipsius rei naturam incertam et inconstantem habet / veritatem vel falsitatem. **[]** De quibus Aristoteles disputat ex his tribus quae praedicta sunt in/greditur, scilicet ex casu, libero arbitrio, et fa(cilitate) naturae, quae omnia uno nomine 'utrumlibet' / nominavit, fingens hoc nomen ad hoc ut non certi sed incerti eventus determinaret. /

[4.0] Sed quodniam hoc loco facta est mentio de casu et libero arbitrio et ceteris, videndum / est quid sit casus et quid liberum arbitrium, quid divina providentia, quid facilitas / naturae.

[4.1] ¶ Casus igitur est inopinatus eventus rei ex certis circumfluentibus ve/niens propter aliud inceptis, ut inventio est thesauri quae facta est quoniam ille / colebat agrum et alter absconderat aurum. Quae esse propter aliud inceptae sunt, quia / ille <non> colebat agrum ut

---

777 <in>definitum] definitu(m) *P*

778 habetur] h(abe)nt *P*

779 in<de>finitum] i(n)finit(um) *P*

780 nec] (ve)l *P*

781 veram] u(er)u(m) *P*

782 definitum] diffinit(um) *i.t. et supra* di- *add.* -e- *P*

inveniret thesaurum, nec ille absconderat **|192val|** ut inveniretur. Potest tamen esse casus sine hoc, ut in illis versibus Boethius (*Consol. Phil.* V met. 1): "Rupis / Archaemeniae[783] etc", unde ibi habetur "mixtaque fortuitos implicet[784] / unda[785] modos".

[4.2] ¶ Liberum arbitrium est liberum de voluntate iudicium, / non quia posset esse ut[786] esset de voluntate, sed quia posset esse de volun/tate et non esset liberum, ut si iudicarem diabolum esse in caelo, de / voluntate esset iudicium, sed non esset liberum, quia non possem libere / exequi. **[]** Unde in quibusdam dicitur esse liberum iudicium, quia bene exequitur; in quibus/dam liberius, quia melius; in aliis liberimum[787], quia optime exequendi quae iu/dicant potentiam habent. **[]** Vel dicamus de voluntate propter Stoicos, qui vo/lebant servare et necessitatem in rebus et liberimum arb(itrium), sed dicebant / ita esse quod semper liberum arbitrium erat secundum hoc quod necesse erat; ideo <liberum arbitrium> dicitur de / voluntate et non actu.

[4.3] ¶ Divina providentia est scientia quam deus / habet de futuris. Nec est dicendum quod provideat me modo sedere, sed provid(it). /

[4.4] ¶ Facilitas naturae est aptitudo quaedam quam res habet ad aliquid commode re/cipiendum vel incommode, ut calamus[788] habet aptitudinem ut facile pos/sit frangi. Si autem omnia essent ex necessitate, periit facilitas / naturae, quia si modo esset necesse hunc calamum non frangi, quia non frangetur, / periret facilitas naturae in eo.

[5.1] Nota quod 𝕞. ℙ. <non> vult quod casus sit aliqua / res, sed legit illud praedictum 'casus' et cetera adverbialiter, quando dicitur: 'istud est casus', / id est casualiter contingit. **[]** 𝕄. 𝔸. dicit quod 'casus' est nomen accidentis, qualitatis scilicet cuius/dam quae est in inventore thesauri, unde dicitur inventio fortuita sive / casualis. **[]** Secundum casum aliquid evenire dicitur, quotiens aliqua actio geritur et / per eam aliud evenerit quam illud propter quod incipitur. Itaque casus nunquam fit sine / actione vel actore, ut si quis fodiat terram agri cultus causa, thesau/rum inveniat, ille thesaurus casu invenitur, sed non sine aliqua actione (ter/ra enim fossa est, ubi thesaurus inventus est), sed non illa erat agentis inten/tio ut thesaurus inveniretur. Hoc ergo ex casu evenisse dicitur, quod per

---

783 Archaemeniae] archimenie *P*
784 implicet] i(m)plicat *P*
785 unda] i(n) ida *P*
786 ut] n(isi) *P*
787 liberimum] lib(eru)m *P*
788 calamus] talam(us) *i.t. et supra* t- *add.* c- *P*

aliquam / actionem evenit ita quod illa propter illud non sit incepta. Sed non ideo sic ca/su evenire dicuntur quod nobis ignota sunt, quod Soticis videbatur; sed po/tius a nobis ideo ignorantur quia haec in natura sua nullam retinent / necessitatis constantiam.

[5.2] Secundum liberum arbitrium aliqua res fieri dicitur, quando ad / eam perficiendam venimus, praesumpta prius animi cognatione et diiudicatione utrum / ea essent facienda an non, ita quod non secundum solam voluntatem, sed etiam secundum eam / diiudicaitonem, nullo tamen extrinsecus cogente aut violenter impediente. / [] Non tamen in eo est li(berum) voluntatis ar(bitrium) quod quisque voluerit, sed in eo quod quisque di/iudicatione et examinatione[789] collegerit. Alioquin[790] muta animalia habebunt[791] li/berum arbitrium voluntatis [iudicium]. Ea enim videmus sponte fugare[792], sponte / currere. Quodsi velle aliquid vel nolle, teste Boethio (inH2 p. 196.7-13), liberum vocatur / artibrium, non hoc tantum esset hominum sed brutorum animalium, a quibus abesse[793] liberum arbitrium / nemo dubitat. [] Sed est liberum arbitrium liberum de voluntate iudicium. / Quotiens enim imaginationes quaedam animo occurrunt et voluntatem provocant, eas / ratio[794] perpendit et de his iudicat, et quod ei melius videtur, cum arbitrio perpendit / et iudicione colligit, tunc facit. Atque ideo quaedam dulcia et speciem[795] utilitatis / monstrantia[796] spernimus, quaedam amara, licet nolentes, tamen for/titur sustinemus[797]. Usque adeo, non in voluntate[798], sed in iudicio voluntatis / consistit li(brum) ar(bitrium).

[5.3] Rursus secundum facilitatem naturae potestatem eveni/re dicuntur quaecumque nec casu nec libero arbitrio eveniunt. Sed tamen[799] ex faci/litate naturae et fieri et non fieri possunt, ut hoc non ad nostram referatur possibili/tatem sed ad rei naturam, ut hunc calamum frangi et non frangi possibile est, non quantum / ad nostram sed quantum ad ipsius calami naturam. Non in eo calamum frangi possibile / dicitur quia

---

789 examinatione] ex o(mn)i cogn()o(n)e *P*, *vide inH2 p. 196.6*

790 Alioquin] Aliq(ua)n(do) *P*, *vide inH2 p. 196.6*

791 habebunt] h(abe)nt *P*, *vide inH2 p. 196.7*

792 fugare] *lectio incerta*, fua()e *ut videtur P*, *vide* refugere *inH2 p. 196.8*

793 abesse] ade(ss)e *P*, *vide inH2 p. 196.12*

794 ratio] i(de)o *P*, *vide inH2 p. 196.16*

795 speciem] spe(m) *seu* sp(eci)e *P*, *vide inH2 p. 196.19*

796 monstrantia] administ(ra)ntia *P*, *vide inH2 p. 196.19*

797 sustinemus] sentim(us) *P*, *vide inH2 p. 196.21*

798 voluntate] uolu(n)tate(m) *P*

799 tamen] t(antu)m *P*

frangere eum et non frangere possumus, sed in eo quod frangi et non frangi **|192vb|** secundum sui naturam potest.

[6.0] Inter Stoicos et Peripateticos magna fuit contentio.

[6.1] Peripa/tetici namque, quorum princeps fuit Aristoteres[800], casum et li(berum) ar(bitrium) et fa(cilitas) naturae possibi/litatem et necessitatem rebus imponebant. Stoici vero, <qui> ex necessitate fieri pu/tant et casu, maxime a Peripateticis dissentiunt. In his enim, quae casu fiunt, non / rectam rerum in<con>stantiam[801], sed nostram[802] ponunt ignorantiam. Id enim casu fieri putant[803] / quod, cum in natura rei ex necessitate fiat, tamen ab omnibus ingoretur. Peripatetici vero / ea, quae casu fiunt, non secundum nostram ignorantiam, sed secundum rei naturae[804] in`con´stantiam. Non enim ea, / quae fiunt casu, ideo dicuntur fieri casu quod nobis ignota sunt, sed ideo potius nobis ignota / sunt quia in vero sui nullam tenent necessitatem vel constantiam.

[6.2] De libero vero arbi/trio inter eosdem eadem est contentio. **[]** Peripatetici vero liberum ponunt arbitrium in his quae nostro / iudicio et intentione facimus, nullo extrinsecus cogente vel inpediente. / **[]** Stoici, omnia necessitatibus dantes, converso quodam ordine liberum volunta/tis arbitrium custodire conantur. Dicunt enim veraciter et necessario ipsam animam habere / quandam voluntatem ad quam ex propria natura ipsa anima impellitur, et sicut in corporibus / inanimatis quaedam gravia feruntur naturaliter ad terram, quaedam levia sursum me/ant, et haec natura rerum ipsa fieri nullus dubitat. In omnibus itaque et in ceteris / animalibus volutatem naturalem afferunt cunctis, et quicquid a nobis secundum volunta/tem naturalem afferunt, cunctis afferunt, et quicquid a nobis secundum illam voluntatem fieri / putant. Addunt etiam illud, quod velimus ea quae providet, et ipsius necessitas constrin/git ita quod fieri omnia ex necessitate, ideo quod voluntas ipsa naturalis necessitatem / consequitur. Dicunt tamen ea, quae facimus, ex nobis est; et ita quod fieri omnia ex ne/cessitate putant. Servare liberum arbitrium in eo volunt quod ea, quae fracimus, / ex voluntate nostra facimus; sed, ut dictum est, in eo liberum arbitrium consistit / quod quisque voluit, sed quod iuditio et deliberatione collegit.

[6.3] Item de possibili / inter eosdem dissensio fuit. **[]** Stoici enim definiunt possibile quod possit fieri / et non fieri, hoc ad nostram

---

800 Aristoteles] aristare(us) *P*

801 in<con>stantiam] i(n)stantia(m) *P*

802 n(ost)ram] n* *a.c. P*

803 putant] puta(n)t *et supra* p- *add.* t *P*

804 naturae] n^{ei} *P*

possibilitatem, non ad rerum naturam, referentes, ita / quod idem quod possumus et non possumus, id est impossibile, definiunt. Peripatetici non / hoc in nostra potentia sed in rerum <natura> posuerunt, dicentes quaedam esse possibilia / sunt, ut eadem essent secundum rei naturam possibilia non fieri, ut calamum frangi et / non frangi possibile est, sed hoc ad nostram non referunt possibilitatem sed ad / ipsius calami naturam.

[7.0] His expeditis illud adiciendum est quod <pro>positiones[805] de / futuro contingenti indeterminatam habent veritatem vel falsitatem. Et hoc / ex incerto rerum eventu contrahere constat. Non autem Aristoteles disputationem sump/sit cum de propositionibus loqueretur. Non enim recte significationem posset ostendere / nisi hanc ex rebus ita `esse´ probasset. Praedictae enim propositiones, non ex sermoni/bus nec ex complexione terminorum, sed ex rerum natura contrahit suam significationem. /

[7.1] Solet enim opponi de hoc quod superius ab Aristotele dictum est. Si omnia sunt ex / necessitate, non est casus nec[806] est liberum arbitrium; immo tunc est casus et liberum / arbitrium, cum [sint] quaedam de numero eorum, quae sunt, et sunt ex necessitate. **[]** Sol/vit m(agister) quod non sequitur hoc quod dicitur; immo, si omnia sunt ex necessitate, id est / si nihil est nisi quod ex necessitate est, non est casus nec liberum arbitrium. Et sic / prima consequentia in sensu[807] negativa est. **[]** Vel potest dici quod in ea est 'sunt' pro / 'essent' et 'est' pro 'esset' positum, ac si dicert: si omnia essent ex ne/cessitate, non esset casus nec liberum arbitrium. Quod bene sequitur, ut si diceretur / 'si omne animal est rationale, nullum est irrationale' etc.

[7.2] Rursus obicitur. / Si deus providit, necesse est evenire; sed deus providit; ergo necesse est evenire. /

[] Non sequitur. Si 'necesse' referatur ad totam consequentiam, vera est ista, sed / non sequitur illatio. Sed, si 'necesse' referatur ad partem, falsa est hypothetica, et bene ex / hoc sequitur quod infertur; sed nihil obest, cum falsum praemittatur. **[]** Item. Si / providit, eveniet. A pari; si non eveniet, non providit deus. Sed possibile[808] / est antecedens, scilicet non evenire. Ergo possibile[809] est consequens, scilicet deum non providisse, **l193ral** quia nunquam ex possibili[810] sequitur impossibile, et

---

805 <pro>positiones] p(ositi)o(n)es *P*
806 nec] n(on) *P*
807 sensu] senso *P*
808 possibile] i(m)pos(sibile) *P*
809 possibile] i(m)pos *P*
810 possibili] possibile *a.c. P*

non potest antecedens esse possibile / nisi consequens sit possibile.

[] Dicit 𝕞. ℙ.. Possibile est non evenire, nec tamen possibile / est deum non providisse hoc. **[]** Sic opponatur ei quod non potest antecedens esse nisi con/sequens possit esse.

[] Solvit <𝕞. ℙ.> quod hoc non est antecedens et consequens, nec hoc similiter 'si / deus providit, eveniet'. Et est causa quare ipse dicit, quia non est possibile deum non pro/vidisse aliquid eorum quae providit, quia ab aeterno omnia providit, nec plus nec mi/nus providere potest. **[]** Sed hoc non sequeretur; tamen non, quia non ideo plus providerit.

Item. Si / impossibile est deum providisse, impossibile est evenire; ergo, cum hoc possit eveni/re, scilicet istum discedere a patria ista, aliquid potest evenire. Nec deus potest ~~contingere~~ / nec deus illud potest scire. **[]** Sed concedimus quod possibile est ipsum non providisse quod tamen[811] / ipse providit. /

15.10) H15, Paris lat. 15015 f. 193va, cf. De Rijk 1966 pp. 51-52

Quare quattuor(19.3). Quia / dupliciter fiunt, ubi 'est' tertium <adiacens> praedicatur, quantum ad eas in quibus simpliciter praedicatur, oppositio/nes ergo quattuor. A pari. Paria namqua sunt fieri dupliciter quantum ad illas / et esse quattuor. Et hoc est: **Quare quattuor sunt(!) istae** in quibus scilicet praedicatur 'est' tertium adia/cens. Duae enim sunt de subiecto finito et duae de subiecto infinito. **Quarum duae** / id est ex quibus quattuor oppositionibus duae oppositiones **habent se(!) ad affirmationem et negationem** / id est possunt exponi affirmative[812] et negative **secundum consequentiam ut privationes** id est / ad similitudinem privativarum propositionum, id est illarum propositionum quae privatorium / habent praedicatum <ut> 'homo est iniustus' 'homo non est iniustus'. Ut enim istae affirmative possunt / exponi, sic et illae quae infinitum habent praedicatum, quodcumque sit subiectum. Haec enim / 'homo est iniustus' affirmative potest exponi sic: homo est et iniustitiam habet; ne/gative[813] vero sic[814]: homo non est iustus. Similiter quae infinitum habent praedicatum possunt ex/poni, ut 'homo est non albus' affirmative exponitur sic: homo est res non alba; / negative sic: homo non est albus. Similiter 'homo non est non albus' affirmative exponitur: homo

---

811 tamen] t(antu)m *P*

812 affirmative et negative] aff(irmati)o(n)e (et) neg(ati)o(n)e *P*

813 negative] Ne/g(ati)o *P*

814 sic] sit *P*

/ est albus, quia duae negationes faciunt unam affirmationem; negative sic: homo non / est res quae sit non alba. **Duae vero minime** id est illae, in quibus est finitum / praedicatum, non sic exponi possunt, ut 'homo est iustus' 'homo non est iustus'.

Vel aliter / secundum m. Ro. Parisiensem. **Quarum duae habent affirmationem et negationem secundum consequentiam** / id est in veram consequentiam habent se sequi, ita quod affirmationem habet sequi negatio sed non / convertitur. Affirmationem enim de finito praedicato sequitur negatio de infinito praedicato, ut 'homo / non est non iustus' sequitur negatio ad 'homo est iustus', sed non convertitur. Similiter ad af/firmationem de infinito praedicato sequitur negatio de finito praedicato, ut ad 'homo est non iustus' / sequitur 'homo non est iustus'. Sed non sequitur. Non enim sequitur negatio, quod si homo non / est iustus, homo est non iustus. Homine enim non exisitente, vera est ista 'homo non / est iustus'; nec tamen vera est 'homo est non iustus', cum homo omnino non sit. Quod declarat / subiecta descriptio. /



/

15.11) H15, Paris lat. 15015 f. 195ra

Littera vero sic legatur. **Dialectica est petitio responsionis**(23.6) id est petit sibi responsionem fieri. Sed, / quoniam omnes interrogationes, tam dialecticae[815] quam non dialecticae[816], responsionis sunt peti/tiones, ideo determinat cuius responsionis sint petitiones, scilicet **vel propositionis** id est affirmationis **vel alterius** / **partis cotradictionis** id est negationis, id est illae tantum sunt dialecticae[817] interrogationes quae petuntur sibi res/ponderi affirmationem vel negationem, id est in quibus potest responderi tam affirmatio quam negatio. Per / quod differunt ab illis interrogationibus quae per dictiones interrogans proponuntur, ut 'quid est / homo?' vel 'qualis est Socrates?'. Ad istas enim non potest responderi altera pars contradictionis, scilicet negatio. /

---

815 dialecticae] dieletic(a)e *P*
816 dialecticae] dieletice *P*
817 dialecticae] dieletice *P*

Ex Aristotelis definitione volunt quidam habere solas illas interrogationes dialecticas[818] esse / quibus non nisi affirmatio vel negatio potest responderi. Quales sunt illae quae in utraque parte contradicti/onis proponuntur, ut 'estne Socrates albus annnon?'. Istas enim solas dicunt esse petitivas / affirmationis vel negationis, quia non potest eis una sola dictio responderi. Unde dicunt / huiusmodi interrogationes 'estne Socrates animal?' non esse dialecticas[819], cum possit ea respon/deri una sola dictio, id est adverbium affirmandi vel negandi. [] Nos vero dicimus / istas esse dialecticas[820] interrogationes, quia eis convenit definitio praedicta. Potest enim tam / affirmatio quam negatio eis responderi.

Alexander et Porphyrius etiam et alii commentatores / satis demonstrant, quia huiusmodi dialecticae[821] interrogationes sunt. A quibus praedicta / definitio sic exponitur. Dialectica[822] interrogatio est petitio responsionis, id est pe/tit sibi responderi, vel affirmativum adverbium, id est 'ita' 'sic', vel negativum, id est 'non'. Sed, quoniam / non omnes dialecticae[823] interrogationes petunt adverbia responderi, ut illae quae propo/nuntur in utraque parte contradictionis quibus nonnisi affirmatio vel negatio potest responderi, ideo sub/dit "vel affirmationis vel negationis", quod convenit illis quae in se habent utramque partem contradic/tionis. Definitio itaque per disiunctionem assignata tam illas quae habent alteram / partem contradictionis, quam illas quae in utraque parte proponuntur, comprehendit. Unde falsam esse / illorum sententia non est dubium, qui interrogationes in utraque parte propositas tantum iudi/cant dialecticas[824].

Dialecticae[825] vero interrogationes dicuntur, non quia de his quae ad so/lam dialecticam[826] pertinent quaeratur per illas, sed quia illis eget maxime dialectica[827] / disputatio. Est enim dialectica[828] interrogatio materia dialecticae[829] disputationis. Unde di/cit Boethius[830] quia astricta

---

818 dialecticas] dieleticas *P*
819 dialecticas] dieleticas *P*
820 dialecticas] dieleticas *P*
821 dialecticae] dieletice *P*
822 Dialectica] dieletica *P*
823 dialecticae] dieletice *P*
824 dialecticas] dieleticas *P*
825 Dialecticae] dieletic(a)e *P*
826 dialecticam] dieletica(m) *P*
827 dialectica] dieletica *P*
828 dialectica] dieletica *P*
829 dialecticae] dieletic(a)e *P*

est crebris interrogationibus et responsionibus.

M. A. ex/ponit sic. **Est petitio propositionis** id est illius partis quae prius posita est interrogatione **vel** / **alterius** id est posterius positae.

15.12) H15, Paris lat. 15015 f. 195va

Sed[831] **non si**(24.1). Ostenso quaedam di/visim praedicari et non coniunctim, ostendit quaedam esse quae praedicata disiunctim non habent vim praedicari / coniunctim. **[]** Et in hoc sententiam m. P. plane refellit, qui asseit Aristotelem / non ostendere quae praedicata disiunctim habent praedicari coniunctim ut unum, sed tantum quae / praedicata disiunctim habent vim praedicari coniunctim.

Continuatio. 'Animal' et 'bipes' extra praedicata / coniunctim praedicantur. **Sed non** 'citharoedus' et 'bonus' praedicantur de aliquo divisim, et / coniunctim praedicari de eodem vim <non> habent. Non tamen ista negat praedicari de aliquo coniun/ctim ut unum, quoniam termini isti praedicatum unum faciunt sicut 'homo et albus', ut 'est citha/roedus et bonus iste'. Termini enim, qui praedicantur disiunctim hic 'iste est citharoe/dus' 'iste est bonus', praedicantur hic coniunctim ut unum 'iste est citharoedus bonus'. / Sed non in eadem significatione. Non enim res illae, quae praedicantur [quae praedicantur] in his propositionibus / 'Socrates est citharoedus' 'Socrates est bonus', praedicantur hic coniunctim 'Socrates est citharoedus bo/nus'. Unde dicimus eum hic de terminis agere, non de rebus. Non negat itaque / Aristoteles terminos coniunctim praedicari ut unum, sed negat ipsos vim praedicari coniunctim de / aliquo, quia divisim possunt praedicari. Non enim in eadem significatione tenentur, cum di/visim praedicantur et coniunctim. Aiter enim, scilicet 'bonus' ex adiuncto, suam mu/tat significationem.

15.13) H15, Paris lat. 15015 f. 196rb-va

¶ His expeditis, quae de / propositionis unitate sive multiplicitate ab Aristotele dicta sunt, attendendum est / magistros ex illis colligere quae praedicata faciunt unam propositionem, quae multiplicem; / et quae divisim praedicata coniunctim habeant praedicari, et quae non; quae etiam coniunctim praedicata divisim praedicentur, / et quae non.

Ex hoc itaque quod dicit Aristoteles (p. 25.3) animal et bipes

---

830 *Ubinam?*

831 Sed] (Et) *P*

coniunctim praedicari ut unum, et unam / facere propositionem, quodlibet genus et differentias substantiales simul praedicata et subiecta unam reddere / propositionem dicunt. Si enim nomina differentialia nomini generali / apponuntur, quotquot sint, unum faciunt praedicatum vel sub/iectum, et sic unam reddunt propositionem. Sive enim dicatur 'homo `est´ animal / rationale mortale gressibile bipes' sive sic 'animal rationale mortale gressibile bipes est homo', una / erit propositio.

Item. Ex hoc quod dicit Aristoteles (p. 23.2-3) ex albo et homine et ambulare non esse / unum, habemus quod plura adiectiva, quae sint accidentalia, cum uno substantivo con/iuncta non faciunt propositionem unam. Non enim unum faciunt praedicatum sive subiectum, ut 'Socrates est / homo albus ambulans' vel 'quidam homo albus ambulans est Socrates'.

Item. Cum dicit (p. 25.1-2) alibi ex / albo et musico non esse unum, docet duo adiectiva, sive accidentalia / sint sive etiam substantialia, simul iuncta non facere praedicatum unum, quare nec propositionem unam. / Similiter, si duo nomina differentialia iunguntur simul sine generali nomine, non est / una propositio, ut 'Socrates est rational(is) mor(talis)'. Utrumque enim adiectivum est et ad sub/stantivum refert. Non enim unum ad alterum refertur. Quare plures propositiones sunt / 'Socrates est rational(is)' 'Socrates est mo(rtalis)'. [] Contingit tamen duo adiectiva, quorum unum vim substantivi / optinet, nec utrumque ad subiectum refert, sed unum ad alterum et unum causa / alterius praedicatur, unum facere praedicatum, ut in illis nominibus quae denominative dicuntur a sci(ent)iis. / Cum enim dicitur 'Socrates est musicus bonus', utrumque nomen adiectivum est, sed tamen 'mu/sicus' vim habet substantivi nec refertur 'bonus[832]' ad Socratem sed ad musicum. Unde / ex his fit unum praedicatum, et propositio una est in qua praedicantur adiectiva sic posita. |196va| Sed 'musicus' 'albus' nunquam faciunt unam propositionem, sed semper plures, cum utrum/que ad subiectum referatur. Cum enim dicitur 'Socrates est albus musicus', idem est ac si dicat / 'Socrates est albus, Socrates est musicus'. Non autem idem est dicere 'Socrates est musicus bonus' 'Socrates est / musicus, Socrates est bonus'. [] Similiter duo substantiva non faciunt nisi propria eiusdem, ut / 'Marcus Tullius'.

Item. Ex hoc quod dicit (pp. 23.18-24.1) 'homo albus' ut unum praedicari, conicimus ex quolibet / adiectivo et speciali nomine sive generali unum effici praedicatum sive subiectum, et / unam esse propositionem, ut 'Socrates est homo albus' vel 'substantia alba' vel

---

[832] bonus] bon(um) *P*

‘animal album’. [] Nomina etiam / officiorum quaelibet substantiva cum adiectivis sonata unam reddunt propositionem, / ut ‘Socrates est bonus miles’ vel ‘citharoedus bonus’. Licet enim ‘citharoedus’ et / ‘bonus’ simpliciter, id est per se, praedicata, non faciant unum praedicatum (‘bonus’ enim per se tantum va/let quantum valens in moribus), tamen simul praedicata unum reddunt praedicatum. ‘Bonus’ enim / ex adiucto suam mutat significationem, et aliam recipit.

Cetera ab his, quae de/terminata sunt, plures et non unam reddunt propositionem

Dicit tamen 𝕞. ℙ. plura adie/ctiva unam reddere propositionem, si per coniunctionem copulativam coniungantur. Dicit enim / ex homine et albo et ambulare unum fieri praedicatum sive subiectum, si coniunctio copulativa / interponatur, sic: ‘Socrates est homo albus et ambulans’. Similiter ‘Socrates est homo albus et crispus’ propositio u/na est, et quaecumque diversa coniungantur nomina per coniunctionem copula<tiva>m[833] dicit ea / efficere propositionem unam. Si enim dicatur ‘Socrates est albus et Plato est philosphus et chimaera / non est animal’, una propositio est secundum eum, et illius negatio est ‘non Socrates est albus et Plato est philosophus / et chimaera non est animal’. Dicit enim negativam particulam affirmationi praepositam totum ne/gare.

Sed secundum hoc contingit omnes sententias in dialectica[834] contentas pos/se una propositione significari, cum dicat unam esse propositionem quotcumque per coniun/ctionem copulativam coniunguntur. **[]** Si etiam unae propositiones essent, haberent contra/dictorias. Sed negativa particula affirmationi praeposita non destruit totum ut / sua habet opinio. Si quis enim dicit ‘Socrates est homo et Plato est philosphus et sol non est / in caelo’, mentitur, quia non unum solum sed plura, scilicet duo vera et unum falsum, / dicit. Si vero negativam particulam affirmationi praeponat, dicens ‘non Socrates est homo / et Plato est philosophus et sol non est in caelo’, iterum mentitur. Negativa namque particula / non omnia removet, cum semel proferatur. **[]** Boethius etiam in commento super hunc locum / plane est contra eum. Cum enim 𝕞. ℙ. dicat coniunctionem multiplicem propositionem / facere nam, Boethius dicit e contrario coniuctionem interpo<s>itam[835] unam facere multi/plicem vel plures, ut si dicatur ‘homo est animal ratio<nale>[836] et mortale’, plures

---

833 copula<tiva>m] copl’am *P*

834 dialectica] dieletica *P*

835 interpo<s>itam] i(n)ter)poita(m) *P*

836 ratio<nale>] r(ati)o *P*

sunt propositiones, quoniam / coniunctio interposita copulat ultimum adiectivum substantivo, et ad ipsum / referri facit. Si vero non interponatur coniunctio, est una propositio, quoniam 'mor<tale>[837]' / non ad 'homo' sed ad 'animal' refertur. Unde illius sententiae non consentimus, sed Boethium / sequendum censemus.

15.14) H15, Paris lat. 15015 f. 198va

Notandum est quod modi alii / sunt nominales, alii adverbiales. Nominales[838] <sunt> hi 'possibile' 'nec(essarium)' 'verum' / 'falsum' et similia. Adverbiales dicuntur adverbia qualitatis, ut 'possibiliter' / 'necessario' 'falso' etc. Adverbium autem quidam faciunt partem in modo, quidam non / ut 'possibiliter' 'falso' etc. Nam 'aliquid esse aliud posibiliter' non est pars ad / 'esse illud', nec 'falso facere aliquid' non est pars ad 'facere illud', ut cum dico / 'ovum est animal potestate', non sequitur inde 'ergo est animal'; nec cum dico 'hoc proba/tur falso', licet concludere 'ergo probatur', quia 'falso probare aliquid' non est / pars ad 'probare' sed oppositum. Faciunt partem in modo, ut 'legere celeriter' et / similia. Nam 'legere lente' est pars ad 'legere'. Item facientium partem in modo ali/quando mutant significatum eorum quibus adiunguntur, aliquando non. Mutant vero, / ut cum dico, m. P. tacente, 'm. P. disputat bene', non licet inde inferri / 'ergo disputat', quia tota propositio per 'bene' appositum reducitur ad hoc sensum: / m. P. scit bene disputare. Si autem, eo disputante, dicatur secundum / actum, potest inferri simpliciter 'ergo disputat', et non mutatur propositionis significatio, / quod ex demonstratione rei vel ex adiuncto potest perpendi.

==========

16.1) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 1rb-va, p. 266.2-29

Ars itaqua sophistica est, ut ait Aristoteles (*SE* p. 6.16-17), / sapientia apparens et non existens. /

Opponitur huic definitioni. So/phistica est sapientia apparens / et non existens; et si est non existens, igitur / non existit; et si non existit, non est; ergo non est ap/petenda.

Solutio. Quidam ita / solvunt, dicentes quod hoc, scilicet 'non

---

837 mor<tale>] mor *P*

838 Nominales] Noiales *P*

exi/stens', non praedicatur simpliciter, sed intelligitur[839] / ibi sapientia, ut ita dicatur 'sophi/stica est sapientia apparens et non exi/stens sapientia', quia cum sophistae / olim disputarent vulgo, reputa/bantur summi philosophi ac sapientes. / ... ...

Vel aliter. Sophistica est sapientia apparens et non / existens, id est talis sapientia quae facit / apparere ea quae non sunt. Quattuor enim sunt / scientiae, demonstrativa, dialectica, rhetorica, sophistica; quarum tres[840], scilicet demonstrativa, dialectica, / rhetorica, docent ea **|1va|** quae sunt esse, et quae non sunt non esse; so/phistica vero ea quae sunt non[841] esse, et quae non sunt / esse ostendit.

Solvit autem ma. Alb'., praedictam definitionem[842] aliter dicens: So/phistica est scientia apparens et non existens, / id est sophistica est scientia apparenti/um et non existentium. /

16.2) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 2rb-va, pp. 269.29-271.18, cf. 1.4 above

Nunc vide/amus expositionem uniuscuiusque. De/monstrativa est **|270|** **quae** syllogizat, id est quae / argumentatur aliquo instrumento, vel syllogismo vel inductione etc, **ex propriis principi/is**(7.8). Propria principia alicuius discipli/nae sunt maximae propositiones quae in ipsa / continentur, ut in grammatica est haec / maxima 'nulla syllaba habet tres voca/les", et in dialectica est haec 'de quocumque / praedicatur pars, et totum", et sic in aliis. Et etiam / propria alicuius diciplinae principia sunt / ea quae sunt priora et maiora quantum / ad alia, ut animal et rationale, quae sunt priora / quantum ad hominem.

Sunt et alii qui / sic exponunt. Demonstrativa dispu/tatio est **quae** syllogizat **ex propriis principi/is** id est ex proximis[843]. Principia enim alia sunt propria, / alia non. Propria sunt ea quae sun<t>[844] proxima quasi / immediata sunt, utpote animal et rationale, / quae sunt proxima quantum ad hominem; non propria / sunt ea quae sunt longinqua quasi me/diata, sicut sunt corpus et substantia quantum / ad hominem. Unde ex

---

839 intellig^{i} (*quod* intelligitur *solvi*) / ibi (iba *a.c.*) *W*, intelligi debet *lexit De Rijk*

840 tres scilicet *correxit De Rijk*, *seu* .uis. *seu* .iiis. *W*

841 non *correxit De Rijk*, nu(mer)o *W*

842 definitionem *correxi*, oppo(s)itio(n)em *W et De Rijk*

843 p(ro)ximis *sic W*, pr<ox>imis *lexit De Rijk*

844 sun<t> *correxit De Rijk*, sun(!) *W*

longiquis principiis[845] / non potest fieri demonstratio, ut ‘non est corpus, / ergo non est homo’ bona est argumentatio, sed non est de/monstratio. Sed si dicatur ‘Socrates est / animal rationale, ergo est homo’, bona est demonstratio. / ... ... **l271, 2val** ... ...

Ma. Alb’ dicit quod[846] / secundum hoc iam paucae essent demon/strationes. Non tamen dicit quod in illis non bene / dicatur. Secundum igitur eos haec non est demonstra/tio ‘Socrates non est corpus, ergo non est homo’. Sed quod sit / demonstratio, probatur. Illa <argumentatio>[847] disputa/tio est, sed non est dialecti`c´a nec temptati/va nec sophistica; igitur est demonstratio, / cum fit[848] ex prioribus. Hoc etiam demon/strat Boethius, cum dicit (inP2 p. 157.11-13): “Demonstratio <est>[849] / quae fit ex prioribus et ante cognitis na/turaliter et per se inhaerentibus et ex causis / etc”. Ergo cum habita sit, demonstrativa est illa. /

16.3) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 3ra-rb, pp. 272.34-373.11

Dialectica disputatio est, ut ait Aristoteles (SE p. 7.10-11), / collectiva contradictionis ex probabili/bus. **l273l**

Quam definitionem ma. Alb’. sic ex/ponit. Dialectica est collectiva contradic/tionis, id est quae colligit alteram / partem contradictionis, eam scilicet cui aliquis contradi/cit. Et sciendum est quod per hanc dif/ferentiam, videlicet ‘collectivam contra/dictionis’, differt a demonstrativa. / Ibi enim nulla est contradictio. Et quia ad/huc differebat a sophistica, subiun/xit[850] **ex probabilibus**(7.11). Sophistica enim syllo/gizat ex his quae videntur probabilia / sed non sunt.

Ma. vero Iacobus aliter expo/nit. Dialecitca est collectiva contradictio/nis, id est collectiva utriusque <partis>[851] contradictionis, / affirmationis <scilicet[852] et negationis>. Nisi <enim>[853] utramque partem, / affirmationem scilicet et negationem, probet, / non erit disputatio

---

845 principiis *lexit De Rijk*, p(ri)ncipas *ut videtur W*
846 quod secundum *transportavit De Rijk*, s(e)c(un)d(u)m q(uo)d *W*
847 <argumentatio> *addidit De Rijk*
848 fit *correxi*, sit *W et De Rijk*
849 <est> *addidit De Rijk*
850 subiunxit *lexit De Rijk*, subiu(n)c/xit *W*
851 <partis> *addidit De Rijk*
852 <scilicet et negationis> *addidit De Rijk*
853 <enim> *addidit De Rijk*

dialectica.

16.4) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 ff. 3va-4ra, pp. 275.25-276.20

Temptativa <est>[854], ut ait Aristoteles(7.12-13), **quae** syllogizat / **ex his quae videntur respondenti et necessarium |3vb| est ei qui simulat** se **habere scientiam**. /

Quidam dicunt, utpote ma. Alb'., quod haec, / scilicet **necessarium est ei quod simulat** etc, / non est de definitione. Praedictam vero definitionem / sic exponit. **Temptativa est quae** syllogi/zat, id est argumentatur, **ex his quae videntur** / **respondenti** hoc est ex eo probabili quod / videtur ei cum quo sermo conseritur. /

... ... /

Quidam alii sunt qui aliter exponunt / praedictam definitionem, dicentes esse / de definitione illud, scilicet **necessarium est ei** / **qui simulat** se **habere scientiam**. Ad cuius / expositionis evidentiam sciendum est / quod duae sunt principales disputatio/nes, demonstrativa et dialectica; et duae sunt / aliae affines his, temptativa scilicet et / sophistica. Quemadmodum enim dialectica / syllogizat ex probabilibus, sic et sophistica / syllogizat ex his quae vodentur probabilia / sed non sunt; et quemadmodum demonstra/tiva syllogizat ex necessariis, ita temp/tativa syllogizat ex his quae videntur / necessaria. Exponunt igitur praedictam / definitionem, sic. **Temptativa est quae syllo/gizat ex his quae videntur respondenti** / **et necessariu est ei qui simulat** se **|4ra| habere scientiam** id est quae argumentatur / ex his quae videntur necessaria et qui si/mulat se habere scientiam.

16.5) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 15ra-rb, p. 325.10-16

Item fit sophisma accentus vel prosodiae / in Porphyrio. Quod faciebat m. P., legens interro/gative quae positive legenda erant, ut / ibi: "**Recusabo dicere** utrum genera et species / sint posita in sensibilibus an extra an / sint **constantia circa ea** (*Isag*. 5.13-14)"; et sic faciebat / trimenbrem istam ultimam quaestionem. /

Nos vero, facientes illam quaestionem / bimembrem, legimus positive, hoc scilicet: **Recu|15rb|sabo dicere constantia circa ea**". /

Vide tSE .1)

---

854 <est> *addidit De Rijk*

16.6) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 22rb, pp. 357.5-358.4

Sciendum tamen est quod m. Iacobus aliter / definit paralogismos qui fiunt / secundum accidens, dicens sic: Tunc fit paralo/gismus secundum accidens, quando aliquid prius / accipitur coniunctim, postea divisim. Ut cum dico 'Socrates est albus, sed album est co/lor, ergo Socrates est color', dicit quod hoc nomen 'al/bum' significat albedinem coniunctam vel / cohaerentem Socrati in prima propositione; sed cum / dico postea 'album est color', significat albedinem / per se, id est separatim, ita quod non coniunctam / alicui; et ideo est sophisma secundum accidens. Fit quoque idem / in aliis, ut cum dico 'Socrates est homo, sed homo est / species, ergo Socrates est species', sophisma est secundum accidens / secundum illum, quia 'homo' in prima propositione significat / illam speciem coniunctam illi indivi/duo, scilicet Socrati; sed postea, cum dico 'homo est species', / significat illam speciem, non ut iunctam alicui / individuo, sed seorsum vel separatim. Et / sic dicit quia in omnibus huiusmodi fit so/phisma secundum accidens.

M. Al. vero dicit quod non / secundum accidens sed secundum aequivocationem in his para/logismis fit sophisma. Quod taliter probat. Cum / dico 'Socrates est albus', hic 'album' appellat res / albas; sed cum dico 'album est color', ap/pellat albedinem sive colorem; ergo cum / diversa utrobique appellat, aequivocatio est / in illo nomine, scilicet in albo; ergo est ibi sophisma secundum / aequivocaitonem; ergo est in locutione; et si in lo/cutione, non extra locutionem; et si non extra / locutionem, nec ergo secundum accidens est sophisma. / Similiter dicit de alio paralogismo, scilicet 'Socrates / est homo, sed homo est species, ergo Socrates est species', **l358l** quod est ibi / sophisma secundum aequivocaitonem, quia in prima / propositione 'homo' appellat homines, sed in secundo appel/lat illam speciem; ergo, cum in utraque propositione / diversa appellat, secundum aequivocaitonem est ibi / sophisma et non secundum accidens.

16.7) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 28rb-va, pp. 383.18-384.32

Sunt tamen[855] alii qui dicunt[856] tunc esse / sohpisma secundum[857]

---

855 tamen *corrrexit De Rijk*, t(antu)m *W*

856 dic(un)t] dat *a.c. W*

857 s(ecundum) *W*, scilicet *lexit De Rijk*

quod est in principio repetere[858], quando / aeque dubium per aeque dubium vel aeque notum probatur. / Per aeque notum, ut si dubitaretur utrum sit locus, / et probaretur sic 'sursum et deorsum est, destrorsum / et sinistrorsum est, ergo locus est', sophisma est hic secundum / quod est in principio repetere[859] secundum illos qui ita / dicunt, quia aeque dubium est esse locum et esse deor/sum. Et hoc maxime dicit m. Iacobus. Similiter, / si dicatur 'homo est, ergo antropos est', sophisma est secundum quod est / in principio repetere[860] secundum illos, quia aequaliter est du/bium sive notum utrumque. **|384|**

Item. Sunt alii qui dicunt / tunc esse sophisma secundum quod est in principio repetere[861] / quando aliquis propositionem ab alio concessam suis[862] argumen/tis infert quasi non concessam. Ut si aliquis concederet / 'quoddam individuum est in pluribus', et alius proba/ret sibi illud idem sic 'illud individuum, / quod subicitur cum dico 'hoc universale homo est species', est in / pluribus; ergo quoddam individuum est in pluribus', tunc / esset secundum illos sophisma secundum repetitionem principii. /

Nos vero, m. Al. imitantes, dicimus tunc fieri <sophisma>[863] / secundum quod est in principio repetere quando in conclusione[864] / repetimus quod dictum est in principio, ad/dendo vel diminuendo vel transponendo, / ut superius diximus.

Supradictorum / autem sententias omnino negantes, dicimus quod / non est aliquod sophisma in hac argumentati/one 'deorsum et sursum[865] est, ergo locus est'; sed est bo/num argumentum, quia est de partibus **|28va|** ad totum. Neque hic est sophisma 'antropos est, / ergo homo est', quia est argumentum a pari. Et sic / dicimus quia non est fallacia secundum repetitionem / principii nec aliquod sophisma in huiusmodi / argumentationibus. Si enim ibi esset sophisma, non / esset ibi argumentum, quia, ut dicit Aristoteles[866], / "sophista[867] quidem videtur

---

858 repetere *lexit De Rijk*, repente *W*
859 repetere *correxit De Rijk*, repente *W*
860 repetere *correxit De Rijk*, repe(n)te *W*
861 repetere *correxit De Rijk*, repe(n)te *W*
862 s(ui)s *W*, sine *lexit De Rijk*
863 <sophisma> *addidit De Rijk*
864 conclusione *correxit De Rijk*, ocl'oe *W*
865 sursu(m) *W*, seorsum *lexit De Rijk*
866 *SE* p. 6.1-2: Illi vero hoc quidem non faciunt, videntur autem ob multas causas, ...
867 sophista *correxit De Rijk*, Soph(ism)a *W*

arguere sed non arguit". / Cum ergo aliquis ibi arguatur et[868] sit ibi argu/mentum, nullum est ibi sophisma.

Simi/liter dicimus quod, si aliquis vero argumento infe/rat propositionem concessam ab aliquo quasi non conces/sam, non facit sophisma secundum repetitionem / principii. Vicium quidem facit, cum sophistice / agit; non tamen facit sophisma. Multo/tiens enim in dialectica disputatione so/phistice agimus, non tamen sophisma fa/cimus. Unde, cum illa propositio, quamvis sit conces/sa, veraciter inferatur, est ibi argumentum; / et cum sit ibi argumentum, nullum est ibi sophisma. /

16.8) tSE6: *Summa SE*, Paris lat. 15141 f. 32va-vb, p. 402.14-30

Item. Sunt alia quibus utrinque ducimur / ad inopinabile, utpote 'possibile est / Socratem esse bonum cum ipse sit malus, ita / quod deus potest / scire illud vel non'. Si conce/datur quod possibile sit Socratem esse bonum et / deus non potest scire illud, ut 𝕞. ℙ. facie/𝕓𝕒𝕥, potest inferri 'ergo aliquid potest esse quod / deus non potest scire, ergo est inpotens', et etiam '<ergo>[869] quidam stultus potest scire id quod deus / non potest scire', scilicet Socratem esse bonum; quae quidem in/opinabilia sunt. Item ex alia parte se/quitur inprobabile, scilicet si concedatur / quod possibile sit Socratem esse <bonum>[870] et deus potest scire il/lud; potest enim concludi 'ergo deus potest / scire aliud quam sciat, ergo plura quam sciat'; / hoc autem inopinabile est quod deus plura[871] / possit scire quam sciat, cum scientia dei / nequit augmentari[872] vel diminui. Utrin/que igitur secutum est inprobabile sive in**l32vbl**opinabile. Et similiter fit in multis / aliis.

* * * * * * * * *

17.1) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 50va, cf. 5.10), 32.1)

De definitione orationis[873] //

---

868 (et) *W*, cum *lexit De Rijk*

869 <ergo> *addidi*

870 <bonum> *addidi*

871 plura *correxit De Rijk*, pl(ur)a / q(uae) *W*

872 augmentari] argum(en)ta(r)i *W*

873 Diffinitio or(ati)o(n)is *in col., a.m. add. P*; His expeditis subdenda est or(ati)o(n)is

Oratio[874] est vox significativa ad placitum, cuius aliquid par/tium significativum est separatim ut dictio. Nec appo/nitur ‘cum tempore’, nec ‘sine tempore’, quia quaedam oratio cum / tempore, quaedam sine tempore significat. [] Boethius[875] vero aliam **[50va]** dat definitionem, dicens[876] scilicet: ‘oratio est vox si/gnificativa ad placitum cuius[877] partes[878] significativae[879] sunt / separatae’.

[880]Ex his vero descriptionibus videtur / posse colligi contradictorium[881], scilicet quod haec vox ‘de domo’ / et ‘ad domum’ est oratio et non est oratio. ‘De domo’ vi/detur quod sit vox significativa ad placitum cuius aliqua pars / significativa est separata[882] ut dictio, quia pars illius est / hoc nomen ‘domus’, quae separata significat ut dictio. / Iterum, secundum definitionem Boethii videtur quod non sit oratio / ‘de domo’, quia non est vox significativa ad placitum cuius ali/quae partes significativae sunt separatae, quia tantum una / partium significativa est separata, scilicet ‘domus’. ‘De’ enim / minime significat per se.

M(agister) P(etrus) concedebat / huiusmodi esse orationes, et dicebat definiti/onem Boethii non omnibus competere[883] orationibus.

[884]Sed tamen / nobis aliter videtur, scilicet quod neque secundum Boethium neque secundum / Aristotelem ‘de domo’ oratio est, quia non est vox significa/tiva, quia ‘de homine’ per se dictum non facit intelligere, / sed variatur eius significatio ex diversis adiunctis. / Neque, cum auditur haec vox ‘de homine’, intelligitur / aliud quam intelligitur per hanc vocem ‘homo’, et i/ta[885] tota vox ‘de homine’ nihil significat. Sicut haec vox / ‘si domus’ et haec vox ‘et domus’ et similia nihil / significare habent, ita ‘de domo’ nihil deno/tare habet. Quare de his non est obiectio.

---

diffinicio *i.m. add. P*

874 mg: His expeditis subdenda est orationis definitio.

875 inH2 p. 91.16-17 = inH1 p. 66.26-27: Oratio autem est vox significativa, cuius partium aliquid significativum est separatum

876 Boethius,

877 cuius partes *correxit Bos*, partes cui(us) *P*

878 partes cuius *P*

879 significativae + [n(on)] *P*

880 <Oppositio> *addidit Bos*

881 contradictorium *correxit Bos*, c(on)t(rar)iu(m) *P*

882 sep(ar)ata] sup(er)ata *a.c. P*

883 competere *lexit Bos*, 9pete(n)te^{s} *P*

884 <Solutio> *addidit Bos*

885 ita *correxit Bos*, ista *P*

17.2) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 51ra-rb

De[886] divisione orationis perfectae[887]

Oratio perfecta dividitur in quinque species / in angustissima divisione, ut ait Boethius[888] in / Categoricis.

[889]Quidam istam divisionem insuf/ficientem[890] dicunt, ob hoc quod Boethius dicit eam esse angus/tissimam[891], intelligentes angus/tissimam valde strictam quantum ad divisionem / quam fecit Apuleius[892] in Periermeniis[893894] suis per / decem et octo species. Et ideo dicunt illam angustissi/mam, id est valde strictam, quia sic stricta est quod non / omnes orationis species continentur in ea, ut dicunt[895]. / [] Boethius[896] vero in commento secundo super Periermenias[897] eos / errasse patenter demonstrat, dicens: / "Species quidem[898] orationis multae[899] sunt, sed eas varie par/tiuntur. At `uero´ Peripatetici quinque partibus / omnes species orationis ac membra distribuunt. Orationis / autem dicimus[900] perfectae, non eius[901] quae est imperfecta[902]". [] ¶ Inconvenienter enim[903] Peripatheticos[904] / omnes orationis species in quinque membra distribuere / proponeret[905] Boethius, <cum>[906]

---

886 De divisione orationis perfectae *i.m. add. P*
887 mg.
888 SC I 797B12-13
889 <Oppositio> *addidit Bos*
890 insufficienter *lexit Bos*, insu/fitient(er) *P*
891 angustissimam + [valde st(ri)cta(m)] *P*
892 Apluleius] apulegei(us) *P*
893 Periermeniis] p(er)germiniis *P*
894 Apuleius, *Perihermeneias, P* 176, l.5-12, ed. Thomas.
895 dicunt + <Solutio> *addidit Bos*
896 inH2 p. 95.8-12
897 Perierminias] p(er)g()minias *P*
898 q(uidem) *P*, quinque *lexit Bos*
899 m(u)lte *P*, intelligendae *lexit Bos*
900 d(ici)m(u)s *P*, dicentes *correxit Bos*
901 eius (*correxi*, ei[s] *P*) q(uae) e(st) *P*, inquam *correxit Bos*
902 imperfecta *correxi*, inp(er)fecte *P et Bos*
903 (e)n(im) *P*, autem *correxit Bos*
904 p(er)ypathetico[s] *P*, Perypathetici *lexit Bos*
905 p(ro)pon(er)(et) *P*, proponunt *lexit Bos*
906 <cum> *addidi*

syllogismum et ceteras[907] Apulei orationes / extra relinqueret[908]; unde cum Boethius in divisi/one illa, quae fit[909] per quinque species, <non>[910] omnes orationes comprehen/dat.

Solutio[911].

Dicimus syllogismum enuntiativam[912] / esse orationem. Si vero inferatur 'ergo syllogismus est cate/gorica vel hypothetica propositio', non sequitur, quia / 'propositio' hoc nomen accipitur in designatione huius[913] universalis 'propositio' / ita quod non est vis in singulari, et continet propositionem / unam et[914] plures aliqua rationabiliter coniunctione coniunc/tas. Et hoc modo concedimus syllogismum propositionem esse, / quia plures coniunctae sunt ad unum probandum et non fit[915] / vis in singulari, ut dixi. Potest concedi quia syllogismus est / hypothetica propositio in hoc sensu, id est composita, sed non est **[51rb]** hypothetica, id est conditionalis, quamvis m(agister) / Gui(llelmus) Capellensis, constituens in syllogismo quen/dam <unum>[916] sensum, diceret syllogismum omnem esse ratiocina/tivam propositionem (sed falsum est syllogismum esse / unius sensus, cum plura proponantur in eo per se; / unde apparet falsam esse Gui(llelmi) sententiam). / Sed tamen, ut dictum est, 'propositio' potest nominari, sicu/ti Boethius[917] mediam propositionem simpliciter propositionem / appellat, cum tam in sensu quam in uoce du/ae sunt propositiones; ideo propositionem simpliciter dicit, / quia uno medio termino coniunguntur. / Sic et in syllogismis, cum eius propositiones ad conclusionem / per 'ergo' reduca<n>tur[918], propositio vere[919] potest appellari. /

[920]Rhetoricam vero orationem ab istis speciebus / removemus,

---

907 ceteras Apulei *lexit Bos*, c(er)ta^{s} apulei^{s} *P*
908 reli(n)quer(et) *P*, relinquerunt *lexit Bos*
909 fit *correxi*, sit *P et Bos*
910 <non> *addidit Bos*
911 Sol(uti)o *P*, *expunxit Bos*
912 enuntiativam *lexit Bos*, enu(n)tiatiuu(m) *P*
913 huius universalis *lexit Bos*, h(oc) u(niversa)li *P*
914 et + <propositiones> *addidit Bos*
915 fit *correxit Bos*, fiat *P*
916 <unum> *addidit Bos*
917 mg: Bo.
918 reduca<n>tur *correxit Bos*, reducat(ur) *P*
919 vere *correxi*, iu(er)e *P*, una *correxit Bos*
920 *i.m. add. P*: Rhetoricam orationem in hac divisione non esse inclusam.

quia, cum diversas habeat partes, / in unam formam venire nequit[921], sed modo / proponit, modo imperat, modo optat. Quare, cum / separatim[922] diversissimas habeat vel contineat / partes, minime indeformis appellatur. / Eam quoque secundum Peripateticos, id est dialeticos, / minime orationem esse putamus. Unde <qui>[923] eius / Peripateticae orationis novem[924] species distribu/erunt, oratio<nem>[925] rethorica<m> partem non esse deprehen/derunt. [] [926]De orationibus vero ecclesiarum iudicium / secundum earum diversitatem est dandum. Si depreca/tiva fuerit, deprecativa iudicabitur. Si vero / deprecativam[927] et quamlibet aliam contineat, totam[928] / iudicabitur secundum hoc ad quod oratio tendit. Ut, si ad / deprecationem `o´rationis tendat intentio, quamvis / aliae sint cum ea adiunctae, tamen deprecativa[929] / dici debet. Et semper tota oratio illius orationis nomine / dicitur ob quam ceterae inducuntur. [] [930]Ammirativam[931] vero / sub <h>ac[932] divisione non comprehendimus, quia im/perfecta est iudicanda oratio. Semper enim in ammi/rativa oratione aliquid deest ad sensus perfecti/onem. Ut cum dicitur 'quam[933] ineffabile!' Ad hoc / enim, ut perfecta sit, necesse est ut addatur ver/bum 'miror' vel 'dico' vel aliquid huiusmodi. / Unde, cum semper desit ei aliquid ad sensus per/fectionem, imperfecta[934] iure appellatur. Et / de similibus idem iudicium. [] Prohibitiva[935] sub imperati/va continetur. Quicumque enim prohibet ut non fiat, / videtur imperare facere contraria[936]. [937]Boethii ergo auc/toritate freti, divisionem dicimus praedictam[938]

---

921 nequit *correxit Bos*, neq(ue)u(n)t *P*
922 separatim *correxit Bos*, separatam *P*
923 <qui> *addidit Bos*
924 novem *correxit Bos*, i(n) .v. *P*
925 oratio<nem> rhetorica<m> *correxit Bos*, or(ati)o rethorica *P*
926 *i.m. add. P*: Cuiusmodi de orationibus ecc<esi>arum sit habendus iudiciu<m>?
927 deprecativam *lexit Bos*, dep(re)cat(iv)a *P*
928 tota(m) *P*, tota *correxit Bos*
929 deprecativa *lexit Bos*, dep(re)cata *P*
930 *i.m. add. P*: Ammirativam non esse perfectam orationem
931 Ammirativam *lexit Bos*, A(m)mirat(iv)a *P*
932 <h>ac *correxit Bos*, ac *P*
933 quam *lexit Bos*, Ouir(um) *P*
934 i(m)p(er)fecta iure *P*, imperfecte 'una' *lexit Bos*
935 Prohibitiva *lexit Bos*, P(ro)hibita *P*
936 contraria *correxit Bos*, (et) c() *P*
937 *i.m. add. P*: Bo(ethius)
938 praedictam *lexit Bos*, p(rae)dita(m) *P*

/ esse sufficientem. **[]** Et syllogismum et enthyme/ma[939] atque inductionem et exemplum proposi/tionem esse confitemur. Non tamen orationem significantem **[51va]** verum vel falsum vel enuntiationem[940], in qua / aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo <dicitur>[941], aliquod praedic/torum esse concedimus, quia tam Boethius[942] quam Aristoteles[943] proposi/tionem secundum quod una est, definierunt. Unde non omni pro/positioni definitiones Bo<ethii>[944] et Aristotelis[945] conveniunt, sed eis tantum / quae vel unae sunt vel multiplices ita quod ad unum / sensum accomodari possunt. Sed cum syllogismus et en/timema atque inductio et media propositio non / sint unius sensus significativa, minime aliquod / ipsorum secundum[946] definitionem Boethii et Ar<istotelis> `est propositio´. **[]** Quod vero di/cit Boethius[947] divisionem angustissimam, sic intelligi/mus: quod, cum sit sufficiens, valde habet pa/ucas partes quantum ad alias sufficientes, / quae sunt datae ab aliis per decem et octo `vel´ per plures par/tes. Et inde dicitur angustiam habere, quod omnes orationis par/tes sub tam brevi comprehendit partitione[948] quantum / ad alias longissimas, et in ea omnes[949] orationis partes / angustantur. Frustra enim 'angustissima' diceretur / nisi omnes cum quadam angustia contineret.

17.3) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 54ra-rb

Propo/nitur[950] quoque praedicta divisio[951] <in>[952] terminis aliis, hoc / modo: **[54rb]** Propositionum[953] alia simplex, / alia composita.

---

939 enthymema] e(n)tim()da/ma *et supra* -da- *add.* -e- *P*
940 enuntiationem *lexit Bos*, enu(n)tiatio(n)e *P*
941 <dicitur> *addidit Bos*
942 *i.m. add. P*: Bo.
943 *i.m. add. P*: Ar.
944 *i.m. add. P*: Bo.
945 *i.m. add. P*: Ar.
946 secundum *lexit Bos*, s(cilicet) *P*
947 *i.m. add. P*: Bo.
948 partitione *lexit Bos*, partio(n)e *P*
949 omnes *lexit Bos*, o(mn)is *P*
950 P(ro)po/nit(ur) *P*, Proponatur *lexit Bos*
951 *scil. propositionum alia categorica, alia hypothetica*
952 <in> *addidi*
953 *i.m. addidit P*: Bo.

[954]Quaeritur si est sufficiens. Non vi/detur esse sufficiens, cum ista propositio videatur[955] / 'Socrates est bo(nus) et albus' quod neque simplex sit hypothetica / neque simplex categorica nec composita. [] M(agister) P(etrus) huius/modi propositiones iunctas per 'et' coniunctionem (tot / quot convenienter possunt iungi) propositiones hypotheticas acci/dentales nominabat[956]. [] Nos vero dicimus nullo modo / huiusmodi propositiones iunctas per 'et' propositiones esse, / cum non faciant unum sensum, sed semper duo statu/ant. Idem enim prorsus significat 'Socrates est bonus[957] et albus' / quod ista 'Socrates est bonus et Socrates est albus'. Quare, cum istae / duae sint, et prima[958] duae erant et non una. Eadem / enim ratione posset diiudicare propositionem et assum/ptionem unam, ut 'Socrates est homo, sed homo <est> animal'; unde ma/nifestum est duas et non unam esse propositionem. Et, quot/cumque per 'et' propositiones iunxeris, numerus[959] propositionum[960] augmentabitur.

17.4) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 57ra-rb, cf. 32.7

De[961] subcontrariis. **[57rb]**

Dictum est de contrariis. Nunc di/cendum est de subcontrariis.

Dicuntur ideo subcontra/riae, quia in figura Boethii sub contrariis positae / sunt. Vel ideo appellantur subcontrariae, quia habent / vim contrariam contrariarum illi. Subcontrariarum enim vis / est quod

si falsa est una, vera est altera.

Quae huic / regulae contrariarum est contraria, scilicet

si una est vera, et / altera falsa.

[962]¶ Opponitur ad hoc quod dictum est: /

si una subcontrariarum est falsa, altera est vera. /

Si falsa est ista 'quidam homo non est animal', vera est / ista 'quidam

---

954 <Quaestio> *addidit Bos*
955 uid(e)at(ur) *P*, videtur *lexit Bos*
956 nominabat + <Solutio> *addidit Bos*
957 bon(us)] bono *a.c. P*
958 prima *correxi*, p(ri)me *P et Bos*
959 numerus *correxit Bos*, terminus *P*
960 propositionum] p(ro)p(ositi)o[(n)is]nu(m) *P*
961 De subcontrariis *correxit Bos*, Tractatus subc(on)t(ra)riar(um) *alia manu P*
962 <Oppositio> *addidit Bos*

homo est animal'; et si vera est ista, non est falsa / cum sit vera[963]; et, si ipsa falsa non est, non utraque ea/rum est falsa. Quare, si ista falsa[964] est 'quidam homo / non est animal', non utraque earum[965] <est>[966] falsa; ergo, si utraque ea/rum[967] est falsa, ista non est falsa 'quidam homo non est / animal' secundum illam medii regulam:

si aliquid infert / etc.

[] [968]Ad quod dicit M(agister) Al(bericus) non valere medium / duabus causis. (1) Et quia unius hypotheticae se/quitur consequens non simpliciter, sed cum constantia, / scilicet 'si ipsa est vera, ipsa non est falsa cum sit / vera[969]'. (2) Iterum. Apparet etiam quod praedictum me/dium non valet, quia proprietas huius medii, quod inter / veritatem et falsitatem propositionum proponitur, talis de/bet servari quod debet proponi circa veritatem et falsitatem / propositionis determinatae; sed cum dicimus 'si ipsa / non est falsa, non utraque earum est falsa', non consistit / medium circa determinatae[970] propositionis verita/tem; quare non valet.

17.5) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 58ra, among discussions of *contradictoria*

[971]Quaeritur utrum sint istae contradictoriae: 'omnis homo / cornutus est animal' 'quidam homo cornutus non est animal'. [] **[972]**Dicimus / eas contradictorias non esse, quia ambae falsae sunt. Neque sunt / unius sensus significativae. Utraque enim facit positionem, / ut ista 'omnis homo, qui est cornutus, est animal' ponit[973] homi/nem quendam esse cornutum et ipsum esse animal; si/militer ista 'quidam homo, qui est cornutus, non est animal' po/nit quendam esse cornutum et non esse animal.

---

963 vera *lexit Bos*, una *P*
964 falsa + <non> *addidit Bos*
965 earum *lexit Bos*, eor(um) *P*
966 <est> *addidit Bos*
967 earum + <non> *addidit Bos*
968 <Solutio> *addidit Bos*
969 vera *lexit Bos*, una *P*
970 det(er)minata(m) *P*, determinate *lexit Bos*
971 <Quaestio> *addidit Bos*
972 <Solutio> *addidit Bos*
973 po(n)it(ur) *P*, ponit *lexit Bos*

[974]Quidam, / ut M(agister) P(etrus), in talibus sic putant assignandas / esse contradictorias, ut 'non' negativa particula / in negatione ante totam propositionem ponatur, hoc modo: 'non omnis / homo, qui est cornutus, est animal'. [] A simili oportet eos conce/dere quod non sunt octo dies quod cornua[975] amiserunt, et mul/ta absurda huic consimilia. [] [976]Nos vero dicimus quod[977], sive negativa particula praeponatur sive interponatur, / semper tales propositiones falsae sunt; neque eisdem assignandae sunt / contradictoriae, quia sunt unius sensus.

Et nota nulla<m>[978] pro/positionem esse unius sensus quae habet hoc nomen 'quod' praeter sub/iunctivum cum 'est' iunctum, ut apparet in praedicta propositione. /

17.6) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 58rb-vb, among discussions of *contradictoria*

[979]¶ Probatur iterum quod duae / contradictoriae simul possent esse verae, ut cum / dicimus 'omnis phoenix est animal' et 'quidam phoenix non est / animal'. Quod istae duae[980] sint contradictoriae, apparet / ex eo quod una earum est universalis affirmativa et altera particularis / negativa in eisdem terminis proposita. Sed, quia utraque / istarum sit falsa, monstratur. Quod ista falsa sit / 'quidam phoenix non est animal', manifestum est, cum nihil / sit phoenix quod non sit animal. Sed quod ista alia 'omnis / phoenix est animal' sit falsa, apparet ex hoc quod non sunt plures / phoenices, quos hoc nomen 'omnis' in[981] subiecto positum colli/gat[982]; unde falsa esse videtur.

Quidam vero, ut M(agister) / P(etrus), hac oppositione constricti, ingentes hic fa/bulas confinxerunt, quas persequi[983] introducendorum / utilitatem[984] perhibet. [985]Respondemus igitur opinioni[986] / illi, ex qua

---

974 <Opinio quorundam, ut Petri Abelardi> *addidit Bos*
975 co(r)nua amiser(unt) *P*, odierna corus<c>etur *lexit Bos*
976 <Solutio> *addidit Bos*
977 quod *correxit Bos*, q(ui)a *P*
978 nulla<m> propositionem *lexit et correxit Bos*, nulla p(or)/po(s)iti(n)e *P*
979 <Oppositio> *addidit Bos*
980 duae *correxit Bos*, feni[s] *P*
981 in subiecto positum *correxit Bos*, sub(stanti)al' no(m)i(n)e *P*
982 colligat *lexit Bos*, colli/g(er)at *P*
983 persequi *lexit Bos*, p(er) se. q(ui) in *P*
984 utilitatem perhibet *correxi*, utilita[s] p(ro)hib(et) *P et Bos*
985 Solutio *Bos*

illa falsa sententia initium traxit, / ut negaret praedictas propositiones contradictorias / esse. Secundum[987] hanc hoc nomen ‘omnis’ in subiecto positum / multitudinem subiectorum colligit, ut ‘omnis homo / currit’ multos homines currere demonstrat. / Huic falsae opinioni[988] contradicimus, dicentes hoc no/men ‘omnis’ in subiecto positum non esse nomen, et nu/llius multitudinis significativum nec[989] alicuius rei / alteri subiectae, sed consignificat[990] universaliter, ut ait Aristoteles[991], id est si/gnificat quod nihil est subiecti ad quod praedicatum non di/catur. Unde, cum nihil sit sumere phoenicis ad / quod ‘animal’ non dicatur[992], vera est propositio ista ‘omnis phoenix / est animal’. Nequaquam enim ponit plures phoenices esse, ut / ipsi opinantur[993]; sed, ut dixi, quod nihil sit phoenicis / ad quod ‘animal’[994] non dicatur. Concedimus igitur istas contradic/torias esse ‘omnis phoenix est animal’ ‘quidam phoenix non est / animal’; et unam esse veram, scilicit ‘omnis phoenix est animal’, et alteram / esse falsam, scilicet ‘quidam phoenix non est animal’.

[995]Quidam vero non/dum propositionem[996] recipiunt; verum etiam const`r´uctionem / inculpant, dicentes inconvenienter hoc / nomen ‘omnis’ iungi cum nomine non continente / multitudinem, quia, sicuti ‘Socrates’ non recipit in se / ‘omnis’, ut dicatur ‘omnis Socrates’, sic et ‘phoenix’. **[]** [997]Dicimus / eos false opinari, cum dicunt ‘omnis’ inconve**[58va]**nienter iungi nomini non continenti mul/titudinem. Quod inducunt Socratis si/militudinem, non valet, quia ‘Socrates’, cum sit / nomen proprium, non permittit sibi adiungi ‘omnis’; / sed ‘phoenix’ est appellatiuum. Sed oportet ut / concedant quod nesciunt iudicare construc/tionem, utrum sit conveniens vel incon/veniens. Ut, cum iudicent istam esse / convenientem ‘omnis manus Socratis est substantia’, si / Socrates utramque manum habet; si unam tantum habeat / manum,

---

986 opinioni *correxit Bos*, opp(ositi)o(n)i *P*
987 Secundum hanc *correxi*, s(ecundum) huic *P*, scilicet huic *lexit Bos*
988 opinioni *correxit Bos*, opp(ositi)o(n)i *P*
989 nec *lexit Bos*, n(un)c *P*
990 consignificat *correxi*, cu(m) sig(nifi)c(at) *P et Bos*
991 *i.m. add. P*: aR(istoteles); *vide* H-7 *P* 10.14-15: ‘Omnis’ namque non universale, sed quoniam universaliter consignificat.
992 *i.m. add. P*: Nicil(!) esse subiectum ad quod praedicatum non dicatur
993 opinantur *correxit Bos*, oppinant(ur) *P*
994 a(nima)l *P*, praedicatum *correxit Bos*
995 <Oppositio> *addidit Bos*
996 propositionem *lexit Bos*, p(ro)p(ositi)o(n)e *P*
997 <Solutio> *addidit Bos*

oportet ut dicant constructi/onem istam ‘omnis manus Socratis est substantia’ inconve/nientem esse. Eodem modo de omnibus huiusmodi / propositionibus oportet ut confiteantur se nescire / iudicare nisi rem videant. Unde modo sci/unt, modo nesciunt, utrum sit conveniens / vel inconveniens huiusmodi constructio. Quod uni/cuique artem grammaticam[998] profitenti[999] est / turpissimum, cum constructio dictionum / non secundum varietatem rerum consistat, sed secundum ipsa/rum dictionum proprietatem. Nec enim, quia res / mota est, constructio movetur, ut, cum Socrates se/deat modo et statim surgat, construc/tio ista ‘Socrates sedet’ minime muta/ta est; sed perfecta, ut ante fuerat, iudicatur / etiam post rei mutationem. Unde manifestum est / constructionem huiusmodi esse perfectam[1000].

Ite/rum. Secundum sententiam illorum, qui dicunt falsam / esse huiusmodi propositionem ‘omnis phoenix est animal’, potest / probari quod non sunt contrariae istae[1001] ‘omnis phoenix est / animal’ ‘nullus phoenix est animal’, quia opiniones / ab eis significatae[1002] non sunt contrariae. Opinio enim, quae o/pinatur multitudinem phoenicum esse animal, / non est contraria ei opinioni quae removet animal, non / a multitudine phoenicum, sed a phoenice sim/pliciter. In nullius enim mente venit mul/titudo aliqua qui nullum phoenicem pu/tat animal esse. Similiter, qui cogitat omnem phoe/nicem esse animal, <non>[1003] oportet ut in animam eius multitu/do rerum veniat. Quare dicendum est hoc no/men ‘omnis’ nullam multitudinem denota/re in subiecto positum, cum sua contraria a nul/la multitudine removeat aliquid. / **[]** Sed hoc quoque apparet quod ‘omnis’ nullam multitu/dinem denotat, quia subiectus terminus mi/nime est quando signum ponitur. Et hoc demon/strat Boethius, dicens[1004] istam duos habere termi**[58vb]**nos tantum, scilicet ‘omnis homo est animal’. Si enim subiectam rem / ‘omnis’ significaret, nulla ratio esset quare magis ‘homo’ vel / ‘animal’ termini dicerentur quam ‘omnis’. Quare manifestum / est quod haec ‘omnis phoenix est animal’ huic contraria est ‘nullus / phoenix est animal’, et est contradictoria huic ‘quidam phoe/nix

---

998 grammaticam + [e(st)] *P*

999 profitenti *correxit Bos*, p(ro)fitendi *P*

1000 perfectam *correxit Bos*, p(er)fectas *P*

1001 istae + [p(ro)p(ositi)o(n)es] *P*

1002 significatae *lexit Bos*, sig(nifi)cat(iv)e *P*

1003 <non> *addidit Bos*

1004 inH2 IV-10 p. 314.16-22: Si quis enim dicat ‘omnis homo currit’, ... ‘homo’ enim subiectus est, praedicatur autem ‘currit’. Neque enim possumus in hac propositione tres esse terminos arbitrari, idcirco quod ‘omnis’ quidem terminus non est, sed subiecti termini determinatio.

non est animal'.

De hoc quod ipsi assignabant ei contradic/toriam 'non omnis phoenix est animal', dicentes <eam>[1005] esse di/versam ab ista 'quidam phoenix non est animal', peccabant. / Et hoc demonstrat Boethius[1006] in Commento super Periermeniis[1007], di/cens eandem esse 'non omnis homo est animal' et 'quidam homo non est animal'.

17.7) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 58vb, among discussions of *contradictoria*, cf. 32.8

[1008]¶ Rursus / quaeritur de ista, quam habeat contradictoriam, scilicet 'quidam homo, qui / ambulat Romam, ambulat'. [] [1009]Dicimus eam non / habere contradictoriam, quia non est una. Similiter / iudicandae sunt illae in quibus subicitur oratio constans / ex nomine et participio, ut 'omnis homo ambulans / movetur'. Non enim una est, sed multiplex unaqueque / talium. [] M(agister) P(etrus), ut dixi, in omnibus talibus divi/dentem assignabat praeponendo negationem[1010] / toti affirmationi. [] Sed Boethius damnat eum in Commen/to super Periermeniis[1011], dicens non esse praeponendam[1012] negationem / toti affirmationi, sed praedicato. Similiter est dandum / de ista iudicium 'omnis homo, qui videt chimaeram, / videt aliquid'.

17.8) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 59rb, among discussions of *conversio* in general

[1013]Oppo/nitur ad hoc quod dicimus propositionem[1014] converti. Haec propositio 'nu/llus homo est lapis' non convertitur in istam 'nullus / lapis est homo', quia nec ita convertitur in eam quod in / eam convertatur secundum quod fiat ea, neque ita convertitur / quod remaneat illa quae

---

1005 <eam> *addidit Bos*

1006 inH2 II-7 p. 167.2-4: Idem enim dicit qui proponit 'quidam homo iustus non est' et idem qui dicit 'non omnis homo iustus est'.

1007 Boethius, Commentum super Perihermeneias

1008 <Quaestio> *addidit Bos*

1009 <Solutio> *addidit Bos*

1010 negationem *lexit Bos*, neg(ati)o(n)e *P*

1011 *Ubi?*

1012 praeponendam negationem *lexit Bos*, p8rae)ponenda neg(ati)o(n)e *P*

1013 <Oppositio> *addidit Bos*

1014 propositionem *correxit Bos*, p(ro)p(ositi)o(n)e *P*

prius erat et in se mu/tetur. Nequaquam enim in alia<m>[1015] iam convertetur. Et si<c>[1016], cum nec[1017] / in aliam convertatur (cum semper eadem permaneat), / neque in se ipsam (cum in se ipsa nulla fiat / mutatio), nullo modo convertitur propositio praedic/ta. Et sic de unaquaque[1018]. [] [1019]Ad quod dicimus quod propositio / convertitur in aliam propositionem, non quod illa mutetur / in se vel in aliam, sed quia termini huius propositionis 'nul/lus homo est lapis' transmutantur in aliam propositionem / ita quod subiectus fit praedicatus et praedicatus[1020] subiectus; / et hoc est propositione<m>[1021] converti. [] M(agister) Rozellinus[1022] hinc sen/tentiam falsitatis extraxit, confirmans termi/nos propositionis propositionem[1023] esse; et sic propositionem illam, quae e/rat isti duo termini 'homo' et 'lapis', converti as/serebat, et non ista[1024] 'nullus homo est lapis'.

17.9) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 61ra-rb, among discussions of *conversio per contrapositionem*

[1025]¶ Opponitur / iterum regulae praedictae, scilicet 'si una est vera, et altera <est>[1026] **[61rb]** vera', et 'si una est falsa, et altera est falsa'. Vera est / ista 'omnis non-homo est non-chimaera', ergo vera est / 'omnis chimaera est[1027] homo'. Sed quod[1028] ista vera sit / 'omnis non-homo est non-chimaera', potest probari / per[1029] partes, quia lignum et unumquodque aliud / non-homo est non-chimaera. Quicquid enim[1030] est res talis quae non / est homo, est non-chimaera. [] Solutio. Nequaquam

---

1015 alia<m> *correxit Bos*, alia *P*
1016 si<c> *correxit Bos*, si *P*
1017 n(ec) *P*, nullo <modo> *lexit Bos*
1018 unaq(ua)q(ue) *P*, utraque *lexit Bos*
1019 <Solutio> *addidit Bos*
1020 praedicatus *lexit Bos*, p(rae)dict(us) *P*
1021 propositione<m> *correxit Bos*, p(ro)p(ositi)o(n)e *P*
1022 Rozellin(us) *P*, Ro<s>cellinus *lexit et correxit Bos*
1023 propositionem *correxi*, p(ro)p(ositi)o(n)e *P*, pro positione *lexit Bos*
1024 ista *P*, isti *lexit Bos*
1025 <Oppositio> *addidit Bos*
1026 <est> *addidit Bos*
1027 est + `n(on)´ *P*
1028 quod *correxit Bos*, q(ui)a *P*
1029 p(er) / p(er) *repetiit P*
1030 (e)n(im) *P*, non *lexit Bos*

huiusmodi conver/sio est tenenda in talibus terminis qui non habent / res subiectas, ut ‘chimaera’ etc. Unde, cum iste ter/minus ‘non-chimaera’ habeat rem subiectam, et re/ducatur in hoc termino ‘chimaera’, quod subiecta / re caret, non potest proprietas conversionis servari.

Item. Nota hunc laborem consuetum nunc ces/sare. Secundum enim sententiam M(agistri) P(etri), quod[1031] / dicit ‘“omnis phoenix est animal” est falsum’, non potest serva/ri conversio praedicta in talibus. Vera namque est / ‘omne non-animal est non-phoenix’; non tamen dicebat in/ferri ‘ergo omnis phoenix est animal’. Quare determina/bat istam conversionem non debere servari[1032] in / terminis non multa continentibus, ut hic ‘omne non-/animal est non-Socrates’; non tamen infertur ‘ergo omnis Socrates est / animal’ sicut in conversione simplici non sequitur ut / ‘nullum animal est Socrates, ergo nullus Socrates est animal’. [] Nos / vero nihil determinantes concedimus vere in/ferri[1033], ut ‘si omne non-animal est non[1034]-phoenix, omnis / phoenix est animal’. Qualiter <conversio[1035] servatur> in huiusmodi propositionibus[1036] in qui/bus singularia removentur[1037] vel enuntiantur, / cum singularum[1038] propositionum conversiones docebimus, / plenarie demonstrabimus.

17.10) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 62ra, among discussions of *aequipollentia*

[1039]¶J Rursus opponitur. Nulli ~~apostolici[1040]~~ sunt boni, ergo omnes / ~~apostolici[1041]~~ sunt non-boni. Quod ista sit vera ‘nulli ~~apostolici[1042]~~ sunt boni’, / potest probari a sua contradictoria, quae falsa est, scilicet ‘quidam ~~apostolici[1043]~~ sunt / boni’. Et tamen secundum

---

1031 q(uod) *P*, qui *lexit Bos*
1032 servari *lexit Bos*, s(er)uare *P*
1033 i(n)/ferri] i(n)/ferre *a.c. P*
1034 non + [a(nima)l] *P*
1035 <conversio servatur> *addidit Bos*
1036 propositionibus *correxit Bos*, p(ro)p(ositi)o(n)es P
1037 removentur *lexit Bos*, removea(n)t(ur) *P*
1038 si(n)g(u)lar(um) *P*, singularium *lexit Bos*
1039 <Oppositio> *addidit Bos*
1040 ap(osto)lici *P*, Apulici *lexit Bos*
1041 ap(osto)lici *P*, Apulici *lexit Bos*
1042 ap(osto)lici *P*, Apulici *lexit Bos*
1043 ap(osto)lici *P*, Apulici *lexit Bos*

praedictam regulam ista debet esse vera ‘omnes / ~~apostolici~~[1044] sunt non-boni’. Quae, si concedatur vera[1045], potest inferri ‘cum nul/lus alius ~~apostolicus~~[1046] sit nisi iste, iste ~~apostolicus~~[1047] est non-bonus’. [] [1048]Ad / quod M(agister) Al(bericus). Aequipollentia non potest servari in pluralibus / terminis, quia infinitum plurale cum finito plurali / non sunt immediata circa esse, sicut finitus[1049] singularis[1050] cum / infinito singulari ut ‘homo’ et ‘non-homo’. Quicquid enim est, <est>[1051] homo vel / non-homo; sed non quicquid est, <est>[1052] homines vel non-homines. Quaedam enim est mul/titudo, ut illa quae continet asinos et homines, neque homines / neque non-homines vere perhibentur[1053]. Quare huiusmodi aequipollen/tia non est data in istis terminis pluralibus.

¶ Sub / eadem quoque solutione haec quoque continetur obiectio: ‘nulli homines / sunt homo, ergo omnes homines sunt non-homo’. Quae si concedatur, potest con/cedi sic: ‘omnis non-homo est unus, sed omnes homines sunt non-homo, / ergo omnes homines sunt unus’. ¶ Isti duo, quorum unus / est albus[1054] et alter niger, non sunt albi; ergo isti duo sunt non-albi. / Ista autem falsa est, cum unus eorum tantum sit non-albus.

Istae / aequipollentiae minime possunt `servari´ in terminis pluralis / numeri, et hoc ideo quia non habent termini omnia continentes[1055] finitum / et infinitum numeri[1056] pluralis[1057]. Non enim quaecumque sunt, sunt alba vel / non[1058]-alba. Quare non est concedendum quod isti duo, quorum / unus est albus[1059] et alter niger, sint albi vel non-albi; sed / simpliciter falsae sunt. Sed, si dicatur de his duobus quorum unus est

---

1044 ap(osto)lici *P*, Apulici *lexit Bos*
1045 u(er)a *P*, *neglexit Bos*
1046 ap(osto)lic(us) *P*, Apulicus *lexit Bos*
1047 ap(osto)lic(us) *P*, Apulicus *lexit Bos*
1048 <Solutio> *addidit Bos*
1049 infinitus *P*
1050 singularis *lexit Bos*, si(n)g(u)lis *P*
1051 <est> *addidi*
1052 <est> *addidi*
1053 p(er)hibent(ur)] p(ro)hibent(ur) *a.c. P*
1054 albus *lexit Bos*, a(nima)l *P*
1055 continentes *correxit Bos*, 9tin(er)e *P*
1056 numeri *correxit Bos*, t(er)mini *P*
1057 pluralis *lexit Bos*, pl(ur)ali *P*
1058 non + [l] *P*
1059 albus *lexit Bos*, a(nima)l *P*

albus[1060] / et alter niger ‘isti non sunt albi’, dividenda est, quia significat / quod nullus istorum est albus et significat quod non uterque[1061] istorum / est album. ///

17.11) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 63rb, among discussions of the division: *hypotheticarum alia simplex, alia composita*

[1062]Fit autem illa obiectio. ‘Socrates est homo et / est asinus[1063]’ haec propositio est hypothetica, ergo est simplex vel / composita. [] [1064]Et nolumus in huius laborare / solutione[1065], cum hanc et consimiles propositiones / minime esse concedamus. Numquam enim qui di/cit hanc orationem ‘Socrates est homo et <est>[1066] asinus’, unum / significat, et ideo multiplex est iudicanda et / una vera et altera falsa. [] M(agister) P(etrus) vero huiusmodi pro/positiones iunctas per[1067] ‘et’ hypotheticas iudicat; / etiam usque ad denarium numerum iudicat / unam hypotheticam[1068].

17.12) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 ff. 63vb-64ra

Simplex hypothetica sic dividitur: alia / constat ex duabus affirmativis, alia ex affirmativa et / negativa, alia ex negativa et affirmativa, alia ex du/abus negativis.

[1069]Modo de divisione ista quaeritur si / sit sufficiens et per oppositа.

[1070]Quod non sit suf/ficiens, hoc modo probatur. Haec propositio est hypothetica simplex / ‘si quid est homo, ipsum est animal’. Non constat ex duabus / affirmativis, vel ex duabus negativis, vel ex affirmativa

---

1060 albus *lexit Bos*, a(nima)l *P*
1061 ut(er)q(ue) *P*, utrumque *lexit Bos*
1062 <Obiectio> *addidit Bos*
1063 asin(us) *P*, animus *lexit Bos*
1064 <Solutio> *addidit Bos*
1065 solutione] sollutio(n)e *P*
1066 <est> *addidit Bos*
1067 per ‘et’ *transportavit Bos*, (et) p(er) *P*
1068 hypotheticam *correxit Bos*, hypotheticaria(m)(!) *P*
1069 <Quaestio> *addidit Bos*
1070 <Oppositio> *addidit Bos*

et ne/gativa, vel ex negativa et affirmativa. Quare praedicta / divisio non est sufficiens. [] [1071]Quod vero praedicta propositio[1072] / non constet ex aliis quam ex affirmativis, manifestum **[64ra]** est. Sed quod ex affirmativis non constet, probatur. Non constat / nisi ex his 'aliquid est homo' et 'ipsum est animal'. Sed iste non sunt / propositiones, quia ista 'ipsum est animal' non est propositio nec[1073] vox significativa. Ergo illa propositio non constat ex affirmativis.

[1074]Sunt / vero quidam qui conantur istam propositionem assignare consequi, / scilicet 'aliquid est animal'. [] [1075]Sed mentiuntur penitus. In multis / enim propositio ista est vera et illa falsa, ut <si>[1076] dicamus 'si quid est / domus, ipsum est paries', ista falsa est; ed illa [in[1077] qua] 'a/liquid est paries', vera est, ut si dicamus 'si quid est do/mus, aliquid est paries'. Unde manifestum est quod / in hac propostione 'si quid est animal, ipsum est corpus' non sequitur / ista propositio 'aliquid est corpus'.

[1078]Ad quod M(agister) Al(bericus) respon/dit. Huius[1079] propositionis 'si quid est animal, ipsum est corpus', quamvis / non habeat propositiones partes sui, tamen constat ex propositio/nibus, id est constat ex his quae habent vim propositionum. Non / tamen sunt aliquae propositiones quarum vim habeant[1080] antecedentis[1081] / et consequentis.

17.13) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 64ra, among discussions of the division in 17.12) above, cf. De Rijk 1966 p. 55

[1082]Item opponitur. 'Perempto sensibili[1083], perimi/tur corpus' ista est hypothetica simplex; ergo constat ex / duabus affirmativis, etc. [] [1084]Sed manifestum est quod ex / negativa et affirmativa, vel ex affirmativa

---

1071 <Solutio> *addidit Bos*
1072 propositio *correxit Bos*, d(ivis)io P
1073 nec *lexit Bos*, n(un)c *P*
1074 <Oppositio quorundam> *addidit Bos*
1075 <Solutio> *addidit Bos*
1076 <si> *addidi*
1077 in q(ua) *P et Bos*, *expunxi*
1078 <Solutio magistri Alberici> *addidit Bos*
1079 h(uius) p(ro)p(ositi)o(n)i^{s} *P*, huiusmodi propositio *lexit Bos*
1080 habeant *lexit Bos*, h(abe)at *P*
1081 antecedentis et consequentis *correxi*, an(te)cedens / (et) 9seq(ue)ns *P et Bos*
1082 <Oppositio> *addidit Bos*
1083 sensibili *correxit Bos*, s(e)nsibile *P*
1084 <Solutio> *addidit Bos*

et negativa, vel ex dua/bus negativis non constat; unde restat probare eam ex / affirmativis <constare[1085]. Sed ex affirmativis> non constare, quod manifestum est ex eo quod 'per/empto sensibili' non est propositio. /

[1086]Eadem quoque oppositio[1087] est de ista 'toto existente[1088], / pars existit'. [] [1089]Ad hoc magister Al(bericus). Praedictae / propositiones et similes constant ex propositionibus, non quod propositiones / sint eius par(tes), sed quia constant[1090] ex vocibus quae iunc/tae in hypothetica obtinent locum categoricarum, et officio[1091] ea/rum funguntur. Idem enim est 'existente toto, exi/stit pars' quod istud 'si totum existit, pars exi/stit'. Unde ista vox 'existente toto' in tali / hypothetica loco huius categoricae ponitur, scilicet 'totum existit'.

17.14) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 64ra-rb, cont. to 17.14) on the same topic

[1092]Rursus quaeritur de ista et de con/similibus 'si[1093] idem esset caecitas et caecum esse, / utraque[1094] de eodem praedicarentur[1095]' et 'si tu fuisses hic, frater / meus non fuisset mortuus', cum simplices <non>[1096] sint, vel con/stat[1097] ex duabus affirmativis vel ex aliis, ut supra posi/tum est. Si non constat[1098] ex propositionibus, quia haec vox 'idem / esse<t>[1099] caecitas et caecum esse' non est propositio, nec ista ali/a 'utraque[1100] de eodem praedicerentur[1101]'. Et sic, cum non constet

---

1085 <constare. Sed ex affirmativis> *addidi*
1086 <Eadem oppositio> *addidit Bos*
1087 oppositio est *lexit Bos*, opp(ositi)o(n)e *P*
1088 exist(e)nte *P*, existenti *lexit Bos*
1089 <Solutio magistri Alberici> *addidit Bos*
1090 constant *lexit Bos*, 9stat *P*
1091 officio *correxit Bos*, aff(irmati)o *P*
1092 <Oppositio> *addidit Bos*
1093 *Vide C-10, p. 71.12*: Si idem esset caecitas et caecum esse, utraque de eodem praedicarentur
1094 utraque *correxi*, ia(m) *P*, iam <utrumque> *lexit et addidit Bos*
1095 p(rae)dicarent(ur) *P*, praedicaretur *correxit Bos*
1096 <non> *addidi*
1097 9/stat *P*, consta<n>t *correxit Bos*
1098 9stat *P*, constant *lexit Bos*
1099 esse<t> *correxit Bos*, e(ss)e *P*
1100 ut(ra)que *P*, utrumque *correxit Bos*
1101 p(rae)dicarent(ur) *P*, praedicaretur *correxit Bos*

[64rb] ex propositionibus, nec ex affirmativis propositionibus constat. /

Quidam vero plane concedunt quod quaedam hypo/theticae sunt quae non constant ex categoricis, sicuti omnes su/pradictae. **[]** Sed aperte demonstrat Boethius <eos>[1102] / errare, cum ostendit differentiam inter hypotheticas[1103] / et categoricas, dicens[1104] hypo(theticas) esse non potest[1105] nisi ex ca/tegoricis constet.

Quidam vero, qui[1106] Boethium imitari[1107] ni/tuntur, dicunt istam hypotheticam 'si tu fuisses hic, frater / meus non fuisset mortuus' ex categoricis constare, quia / putant istas duas voces 'tu fuisses hic' <et>[1108] 'frater / meus non fuisset[1109] mortuus' significare illud idem quod istae[1110] / indicativae[1111] 'tu es hic' et 'frater meus non est mortuus'. / **[]** Sed isti quoque graviter a via veritatis exorbitant, / cum longe alius sensus et alia propositio sit illa, / quae ex subiunctivis[1112] orationibus constat, et illa quae / ex indicativis. Alia est enim propositio ista 'si tu / es hic, frater meus non <est>[1113] mortuus', et alia 'si tu fuis/ses hic, frater meus non fuisset mortuus'. Unde numquam eadem pro/positio fit[1114] constans ex subiunctivis et indi/cativis orationibus.

[1115][1116]Ad hoc M(agister) A(lbericus). Quamvis categoricae / non possint poni ubi subiunctivae orationes po/nuntur ut sensum haberent eundem, tamen subiunctivae[1117] / orationes illae loco categoricarum ponuntur, quia con/stituunt propositiones hypotheticas, quod categoricarum est offi/cium. Et nihil impedit subiunctivas orationes / ponere loco categoricarum vel pro eis, quia categoricae / non possunt constituere illam

---

1102 <eos> *addidit Bos*
1103 hypotheticas *solvi*, ypo. *P*, hypotheticam *lexit Bos*
1104 SH 832B9-10: Hypotheticae autem propositiones ex categoricis constant
1105 pot(est) *P*, oportet *lexit Bos*
1106 qui *correxit Bos*, q(uod) *P*
1107 imitari] i(m)mita(r)i *P*
1108 <et> *addidit Bos*
1109 fuisset *correxit Bos*, e(ss)et *P*
1110 istae] iste *i.t. et supra* -e *add.* -a *P*
1111 indicativae *correxi*, indicat(iv)a *p.c. et* indicat(iv)e *a.c. P*
1112 subiunctivis *correxit Bos*, sublectiui^{s}(!) *P*
1113 <est> *addidit Bos*
1114 fit *lexit Bos*, sit *P*
1115 <Solutio magistri Alberici> *addidit Bos*
1116 *i.m. add. P*: ¶ Subiunctivas orationes poni pro indicativis, quamvis indicativae ibidem poni non possunt.
1117 subiunctive *lexit Bos*, sub(stanti)e *P*

hypotheticam, sicuti a/liquis dicitur facere pro alio aliquid quod ille fa/cere non potest, quia pertinet ad eum qui non potest fa/cere, et alius facit pro eo. Et sic dicimus quod huiusmodi / propositiones ex subiunctivis constantes ex ca/tegoricis propositionibus constant, non quod eas partes[1118] sui habeant, / sed quia habent voces pro categoricis, ut expositum / est, positas.

Sic ergo intelligendus est Boethius, cum dicit / quod hypothetica esse non potest nisi ex praedicativis constet, / vel quod habet partes sui vel voces positas in / loco categoricarum. /

17.15) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 ff. 65vb-66vb

Prius vide/amus locos a toto quando[1119] vis inferentiae est / inter praedicata.

[1120]Solebant veteres antiquis[1121] / seducti[1122] erroribus dare maximam istam: /

si aliquod totum praedicatur de aliquo[1123],
partes suf/ficienter dividentes ipsum totum
praedicantur / de eodem sub disiunctione,

argumentantes / hoc modo

Socrates est animal,
ergo Socrates est rationale vel irrationa/le.

Sed, quod praedicta nec maxima sit propositio / nec etiam vera, apparet ex eo quod turpissima **[66ra]** ex ea sequuntur inconvenientia, scilicet quod ars / ista, quae est linguarum[1124] moderatrix et magistra, non so/lum ipsa prohibet[1125] turpissimas locutiones re/cipere, verum etiam suis regulis absona quaedam et fri/vola probat. Per regulam namque ista<m>[1126] probatur quod Socrates vel / est homo vel asinus vel capra vel ursus; similiter quod Socrates / vel latrat vel disputat vel tacet. Et ista regula / probat[1127] et similia, ut ‘quod tantum est sanum, est sanum / vel

---

1118 partes *correxit Bos*, p(ar)$^{te(m)}$ *P*
1119 quando vis *lexit Bos*, q(uam)ui^{s} *P*
1120 <Opinio veterum> *addidit Bos*
1121 antiquis *correxit Bos*, antiq(ui) *P*
1122 seducti *correxit Bos*, seductis P
1123 aliquo] aliq(ua) *i.t. et supra* -q(ua) *add.* -o *P*
1124 linguarum *correxit Bos*, lignorum P
1125 p(ro)hib(et) *P*, probat *correxit Bos*
1126 ista<m> *correxit Bos*, ista *P*
1127 probat *correxit Bos*, p(rob)at(ur) *P*

aegrum'; et peius, quod ex eo potest probari, 'qui[1128] tantum est sanus, <est[1129] sanus> / vel eger'; et ex eo quod [aliquod][1130] tantum est bonum, illud est / bonum vel malum vel indifferens[1131]. Sed concedere de eo, / quod certum est quod sit homo, quod ipse sit homo vel lupus, fri/volum videtur et absonum. Nugatorium est di/cere <quod>[1132] illud, quod tantum est homo et numquam asinus esse potest, est / homo vel asimus.

Et quod huiusmodi frivola non sint reci/pienda, demonstrat Boethius in Commento Praedi/camentorum, dicens[1133]: "Nix non est alba vel nigra, sed / tantum alba, neque corvus est albus[1134] vel niger, sed / tantum niger". In quo planissime Boethius illam re/gulam damnat quae probat contradictoriam illius propositionis, / quam proponit esse veram, quod nix non est alba vel nigra / et corvus non est albus[1135] vel niger, quia nix est res colo/rata, non medio colore <nec[1136] nigredine, sed albedine tantum>. Sed[1137] <probatur quod> nix est alba vel / nigra, secundum praedictam mendacem regulam:

si totum / de aliquo <praedicatur>[1138],
partes sufficienter dividentes / ipsum
de eodem sub disiunctione praedicantur.

[] Sed quod prae/dicta propositio et similes non sint recipiendae, / non solum Boethius demonstrat, verum etiam Alexander, Por(phyrio) consentiente, ut Boethius demonstrat in Commento / secundo Perihermeneias[1139]. Refert namque Boethius Ale/xandrum a propria sententia non destitisse, scilicet quod a/ffirmatio et negatio non essent[1140] enuntiationis species, et / probat Alexander ratione ista, scilicet quod enuntiatio / non poterat[1141] praedicari[1142] nomine et definitione[1143] `de

---

1128 qui *correxi*, q(ui)a *P et Bos*
1129 <est sanus> *addidi*
1130 aliq(uod) *P*, *expunxit Bos*
1131 indifferens] indiff(er)e(n)s[(un)t] *P*
1132 <quod> *addidit Bos*
1133 inC 275D1-3: Non enim nix aut alba aut nigra es, sed tantum alba; et corvus non aut albus aut niger, sed solum niger.
1134 albus *lexit Bos*, a(nima)l *P*
1135 albus *lexit Bos*, a(nima)l *P*
1136 <nec nigredine, sed albedine tantum> *addidi*
1137 Sed <probatur quod> *correxi*, (er)g(o) *P*
1138 <praedicatur> *addidit Bos*
1139 inH2 I.1 p. 17.16-18
1140 essent *lexit Bos*, e(ss)et *P*
1141 pot(er)at *P*, potest *lexit Bos*

affirmatione´ et negatione. Est / enim definitio enuntiationis ‘vox significativa de eo / quod est esse vel non esse’, [quod][1144] ~~quemadmodum tempora sunt di/versa~~, et affirmatio non est vox significativa de eo quod est esse / vel non esse, sed tantum de esse, neque negatio est vox / significativa de eo quod est esse vel non esse, sed tantum de[1145] non / esse. Quare Alexander concludebat: ‘affirmatio et negatio[1146] / non sunt enuntiationis species’. **[]** Boethius[1147], determinans Ale/xandri argumentationem supradictam, consentit / ei in hoc quod dixerat affirmationem non esse vocem / significativam[1148] de eo quod est esse vel non esse, sed tantum de esse, nec / negatio est esse vocem significativam de eo quod est esse vel non esse, / sed tantum de non esse. Sed in hoc tantum errare eum de**[66rb]**monstrat quod, quamvis definitio e/nuntiationis non praedicetur / de affirmatione et negatione singillatim, / ut demonstratum est, non tamen verum / est ‘enuntiatio[1149] non praedicatur[1150] de speciebus suis uni/voce’, quia, quamvis non illo modo posset de / speciebus praedicari definitio enuntiationis, / tamen aliter de eis simul acceptis poterat / praedicari, hoc modo ‘affirmatio et negatio est vox si/gnificativa de eo quod est esse vel non esse’, ita quod ‘vox / significativa’ utrique conferatur <et>[1151] quod ‘de eo quod est esse’ ad affirmationem, ‘de eo quod est non-esse’ ad negatio/nem reddatur.

Huic vero solutioni hoc, / quod sequitur, videtur occurrere. Eadem enim ratio/ne, qua Boethius dicit enuntiationi<s>[1152] definitio/nem de affirmatione et negatione praedicari, scilicet ut / ‘vox significativa’ communiter ad affirmationem / et negationem reddatur, et ‘de eo quod est esse’ ad / affirmationem, et ‘de eo quod est non-esse’ ad negationem, / definitio hominis haec ‘animal gressibile[1153] bipes’ / praedicatur de homine et de gallina, ut dicatur / ‘homo et gallina sunt animal gressibile[1154]

1142 praedicari + <de> *addidit Bos*
1143 diff(initi)o(n)e *P*, definitio <enuntiationis non> *correxit Bos*
1144 q(uod) *P*, *expunxit Bos*
1145 de + [e(ss)e] *P*
1146 negatio *lexit Bos*, nego *P*
1147 inH2 I.1 p. 18.18-21
1148 significativam *lexit Bos*, sig(nifi)c(ativ)a *P*
1149 enu(n)t(iati)o *P*, enuntiationem *correxit Bos*
1150 p(raedicatu)r *P*, praedicari *lexit Bos*
1151 <et> *addidit Bos*
1152 enuntiationi<s> *correxit Bos*, enu(n)tiatio(n)i *P*
1153 gressibile *lexit Bos*, grussibile *P*, *fortasse* rationale *legendum?*
1154 gressibile *lexit Bos*, g(ra)ssibile *P*, *fortasse* rationale *legendum?*

bi/pes', et 'animal' communiter ad utrumque, 'gressibile[1155]' / ad[1156] <hominem>, et 'bipes' ad gallinam referatur. / Quod maximum est inconveniens.

[1157]Ad quod / M(agister) Al(bericus). Nequaquam in utroque ratio est similis. / In definitione enim enuntiationis disiuncti/o[1158], <quae> est <in> praedicato posita, praedicatum dis/iungens ac inter diversa subiecta[1159] il/lud dividens, facit ut 'de eo quod est esse' / ad affirmationem, et 'de eo quod est non esse' ad negatio/nem referatur; in[1160] definitione vero hominis 'animal / gressibile bipes', quia disiunctionem non / continet, minime eius praedicatio dividi / et ad diversa subiecta[1161] referri potest. Quare / in illis definitionibus, quae sunt datae per divisionem / huiusmodi, divisa praedicatio concedenda est; / in aliis vero minime.

[1162][1163]Sed, quia huius artis princeps regulam / praedictam apertissime damnat, cum propositiones, / quas ipsa regula veras probaret, communiter ne/gat[1164] et dicere prohibet[1165], <nos>[1166] non eos sequentes / eam esse falsam dicimus, cum eam quoque a nullo auc/tore esse datam sciamus. **[]** Unde omnes simi/les locutiones denegamus, scilicet quod Socrates / sit homo vel non-homo. Nihil enim est homo vel non-homo. **[66va]** Idemque[1167] dicimus in omnibus illis, in quibus / unum sic inest quod non contingit eidem in/esse alterum, ut rationale Socrati et album ni/vi. Nulla enim permutatio horum in / istis contingit, sed determinate alterum inest. / Notat namque huiusmodi disiunctio 'ratio/nale vel irrationale', quod [si][1168] subiectum unum / istorum non habeat, alterum

---

1155 gressibile *lexit Bos*, g(ra)ssibile *P*, *fortasse* rationale *legendum?*

1156 ad <hominem> et *correxi*, ad a(nima)l *P*, et animal *correxit Bos*

1157 *i.m. add. P*: m(agister) al(bericus); <Solutio> magistri Alberici *addidit Bos*

1158 disiunctio <quae> est <in> praedicato *correxi*, disiu(n)cti/one(m). p(rae)dicc()o *P*, <quia> disiunctionem <continet praedicatio *correxit Bos*

1159 subiecta *lexit Bos*, sub(stanti)a *P*

1160 In definitione *correxit Bos*, Definitio *P*

1161 subiecta *lexit Bos*, sub(stanti)a *P*

1162 <Opinio auctoris> *addidit Bos*

1163 *i.m. add. P*: Hac propositione 'de quocumque praedicatur totum, et par<te>s sufficienter dividentes ipsum sub disiunctione' esse falsam

1164 negat *correxit Bos*, ne/ga(n)t P

1165 prohibet *correxit Bos*, p(ro)hib(ent) *P*

1166 <nos> *addidit Bos*

1167 Idemque *correxi*, Ioq(ue)(!) *P*, Ideoque *lexit Bos*

1168 si *P et Bos*, *expunxi*

habeat, ita / quod[1169] potest fieri mutatio unius in alterum, / vel quod sit dubitatio quid horum su/scipiat vel habeat subiectum. Quare, cum / istorum duorum nulla circa Socratem vel a/liud subiectum possit fieri permu/tatio, etsi Socrates unum istorum tantum / habeat semper, ista tamen[1170] propositio disiuncta / 'Socrates est rationalis vel irrationalis', quae demon/strat Socratem unum istorum habere ita quod / illorum circa Socratem fiat[1171] permutatio, / falsa est. / Idem quoque in omnibus similibus dan/dum est iudicium, quia non contingit circa / subiectum permutari. Si vero talia sunt / quae disiunguntur quod circa subiectum permu/tari queant et subiectum sine uno il/lorum actu permanere possit, vel etiam / dubium sit quid[1172] eorum subiectum habeat, dis/iuncta vera erit in talibus proposita, / ut 'Socrates est sanus[1173] vel aeger', 'omne animal est al/bum vel nigrum vel medio colore colo/ratum'. Ad hoc igitur quod vera sit talis disiunc/ta propositio[1174], <requiritur>[1175] quod subiectum ita se habeat ad il/la, quae disiunguuntur, quod non possit actu e/xistere quin unum eorum recipiat et / etiam[1176] possit permutatio fieri, vel sit du/bitatio quid[1177] illorum subiectum recipiat. / Quare falsa est ista 'Socrates est albus vel niger', / quamvis permutetur, quia subiectum sine utroque / eorum actu potest existere. Si vero dicatur 'Socrates est / albus vel niger vel medio colore colora/tus', vera est.

Non est quoque neganda[1178] etiam in illis / supradictis quorum nullum permutari con/tingit, si dubitetur de subiecto, huiusmodi dis/iunctio, ut si aliquod[1179] esset in monte animal, emi/nus aspiciens, dicere convenienter possem <quod>[1180] illud, quod video in montibus, recipiat rationale vel ir/rationale, <quia>[1181] animal est[1182]. Haec[1183] namque

---

1169 quod + <non> *addidit Bos*
1170 tamen *lexit Bos*, t(antu)m *P*
1171 fiat *lexit Bos*, fuit *P*
1172 quid *lexit Bos*, q(uod) *P*
1173 sanus] asinus *a.c. P*
1174 propositio *lexit Bos*, opp(ositi)o *P*
1175 <requiritur> *addidit Bos*
1176 etiam *lexit Bos*, (ve)l *P*
1177 quid *correxit Bos*, quod *P*
1178 neganda *correxit Bos*, negandu(m) *P*
1179 aliquod *correxi*, aliq(ui)d *P et Bos*
1180 <quod> *addidit Bos*
1181 <quia> *addidit Bos*
1182 *i.m. add. P*: numquam disiunctam propositam in toto sequi ex disiuncta proposita in parte.

disiunctio sic pro**[66vb]**posita, ut dixi, dubitationem notat / quid horum illud, quod video in montibus, recipiat, / rationale scilicet an irrationale. Si vero certum sit quid[1184] isto/rum recipiat illud [enim][1185] quem[1186] eminus prospi/citur, falsa erit haec disiuncta quae demonstra/bat istam dubitationem. Si vero inferatur ex / hoc, quod concedimus, 'hoc, quod video in monte, est rationale / vel irrationale; ergo <hoc>[1187], quod tantum est rationale, est rationale / vel irrationale', non concedimus, quia numquam disiun/cta proposita in toto sequitur[1188] ex disiuncta propo/sita in parte. Non enim sequitur[1189] quod, si Socrates est sanus vel / aeger, <id>[1190], quod tantum est sanum, est sanum vel aegrum, sicut / non sequitur 'omne animal <est>[1191] sanum vel aegrum[1192], ergo quoddam / corpus, <quod[1193] est sanum>, est sanum vel aegrum'. Et quod ista falsa sit, / apparet ex ista coniuncta falsa quae est par / ei 'si nullum corpus, <quod>[1194] est sanum, <est[1195] sanum vel aegrum>, quoddam <animal[1196] sanum vel> aegrum / est'.

17.16) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 69rb, among discussions of *locus a toto quando vis inferentiae inter subiecta consideratur*, cf. 32.14, cf. De Rijk 1966 pp. 15-16

[1197]Item, obicitur. Nullus lapis fit[1198] a Socrate vel / nullum argentum, ergo nulla statua la/pidea vel argentea fit[1199] a Socrate.

1183 Haec + [e(st)] *P*
1184 quid istorum *correxit*, q(uod) isto/ru(m) *P*, quid istarum *lexit Bos*
1185 (e)n(im) *P et Bos*, *expunxi*
1186 quem *lexit Bos*, q(uid) *P*
1187 <hoc> *addidi*
1188 sequitur *lexit Bos*, seq(ui) *P*
1189 sequitur *lexit Bos*, seq(ui) *P*
1190 <id> *addidi*
1191 <est> *addidit Bos*
1192 aegrum] e[r]gru(m) *P*
1193 <quod est sanum> *addidit Bos*
1194 <quod> *addidi*
1195 <est sanum vel aegrum> *addidi*
1196 <animal sanum vel> *addidi*
1197 Op(positio) *i.m. add. P et Bos*
1198 fit *lexit Bos*, sit *P*
1199 fit *lexit Bos*, sit *P*

[1200]Haec et huiusmodi non / sunt oppositiones secundum sententiam quam tenemus. Mi/nime namque statuam lapideam concedi/mus esse lapidis partem subiectivam. Immo / dicimus ei esse oppositum: nulla statua / lapidea est lapis, nec anulus aureus / est aurum, et ita de similibus. Quod in suo lo/co argumentis necessariis demonstra/bitur.

[1201]M(agister) P(etrus) vero nimium in huiusmodi op/positionis solutione, ut suam falsitatem defen/deret, laborabat; et dicebat quod illud, / quod in prima <pro>positione[1202] removetur, non removetur in secunda, quod, quando di/cimus 'nullus lapis fit[1203] a Socrate', vis / subiecti redundat in praedicatum, et `est´ sensus / talis: nullus lapis operatione Socratis promo/vetur in esse lapidei; illud vero non potest / removeri a statua, ut dicatur[1204] 'nulla / statua operatione Socratis movetur in esse / statuae'. Et sic, semper referendo praedi/catum subiecto, dicebat quod nullum corpus / fit[1205] a Socrate, tamen statua et domus fit a Socrate. /

[1206]Huic M(agister) Al(bericus) opponit, sic. Per operatio/nem Socratis os et ferrum coniunguntur[1207], et ex illis / duobus efficitur unum corpus, scilicet cultel/lus. Istud corpus non fuit heri, neque / factum est ab alio nisi ab homine, cum non sit / opus naturae; et cum nullius operatione hoc cor/pus sit[1208] factum nisi Socratis; Socrates igitur hoc corpus / fecit, cum factum sit et a nullo alio. /

[1209]M<agister> P<etrus> hac oppositione coactus dicebat quod / ipse et regina Franciae erat unum corpus / et ipse et mons Apenninus, quia nolebat / concedere quod hoc corpus non fuit heri. / Immo dicebat quod cornu, quod est in capite / bovis, et ferrum, unde cultellus erit, / essent iam unum corpus antequam coniungerentur; / et ita de se et de regina Franciae.

[1210]M<agister> / Gu<illelmus> hoc quoque oberravit, dicens quod domus / nulla res erat, nec alia huiusmodi quae / habent fieri per operationem artificis.

1200 <Solutio> *addidit Bos*
1201 <Opinitio Magistri Petri> *addidit Bos*
1202 <pro>positione *correxit Bos*, p(ositi)o(n)e *P*
1203 fit *lexit Bos*, sit *P*
1204 dicatur *correxit Bos*, dicet(ur) *P*
1205 fit *lexit Bos*, sit *P*
1206 M. al. *i.m. add. P*; Opinio M<agistri> Al<berici> *addidit Bos*
1207 9iu(n)gunt(ur) *P*, coniungitur *lexit Bos*
1208 sit *lexit Bos*, fit *P*
1209 M.P. *i.m. add. P*: Replicatio M<agistri> P<etri> *addidit Bos*
1210 M.g. *i.m. add. P*; Opinio M<agistri> Gu<illelmi> *addidit Bos*

[1211]Nos / vero quaedam corpora dicimus fieri cotidie ab / hominibus et destrui ab eisdem, sicuti / domus et statua et consimilia.

17.17) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 70va-vb

Alia[1212] regula a parte speciali. /
Item a parte datur regula alia per re/motionem, haec scilicet:
si pars non praedicatur de a/liquo,
nec[1213] totum universaliter acceptum,
ut, / si Socrates non est Plato, Socrates non est omnis homo.
[1214]Ex / qua regula videtur <con>firmari[1215] falsa consequen/tia, haec scilicet
si Socrates[1216] non est asinus, /
Socrates[1217] non est omne animal.
Sed quod ista falsa / sit, probatur per parem eius, per hanc scilicet quae falsa / est
si Socrates est omne animal, Socrates est asinus.
Sed quod / ista falsa sit, manifestum[1218] est, ex / hoc quod impossibile nunquam ex possibi/li sequitur; prima vero propositio, scilicet 'Socrates[1219] / est omne animal' possibilis est, sicut[1220] intelligi / potest; ultima impossibilis <est>[1221], scilicet 'Socrates[1222] / est asinus'. ~~Item, si concedatur, sequitur quod~~
si / Socrates est omne animal, Socrates est asinus,
et si Socrates est / omne animal, Socrates nullus est asinus,
quod impos/sibile est.
[1223]Ad quod M(agister) Al(bericus). Prima consequen/tia vera

---

1211 Sol(utio) *i.m. add. P et Bos*
1212 Alia r(egula) a pa(r)te sp(eci)ali *alia manu add. P*; <Secunda regula> *add. Bos*
1213 nec *lexit Bos*, n(un)c *P*
1214 <Oppositio> *add. Bos*
1215 confirmari *correxit Bos*, firmari *P*
1216 Socrates *correxi*, plato *P et Bos*
1217 Socrates *correxi*, plato *P et Bos*
1218 manifestu(m) *P*, manifesta *lexit Bos*
1219 Socrates *correxi*, plato *P et Bos*
1220 sicut *correxit Bos*, sic *P*
1221 <est> addidit Bos
1222 Socrates *correxi*, pla(to) *P et Bos*
1223 M. al' *i.m. add. P*; Solutio M<agistri> Al<berici> *add. Bos*

est, scilicet

si Socrates non est asinus, Socrates non / est omne animal,

non tamen est necessaria; et <con>fir/matur[1224] loco praedicto. [1225]Sed quod consequentiam[1226] fal/sam esse dicunt per parem suam, mentiuntur, / quia illam, quam putant parem, nequaquam est **[70vb]** par illius, nec[1227] ex ea sequitur, scilicet

si Socrates est / omne animal, Socrates est asinus.

Nullo modo has pari/tates inter propositiones omnes, quae inferunt se proba/biliter et non necessario, concedimus. Nequa/quam enim verum est quod, si aliqua propositio infert / aliam propositionem probabiliter tantum, contradic/toria consequentis infert antecedentis / contradictoriam; sed data est tantum in illis quae in/ferunt se necessario. Quare prima vera et ul/tima falsa est. /

17.18) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 71va-vb

[1228]Restat locus a parte integri.

Et da/tur regula:

destructa parte, destruitur totum.

Si / [si][1229] dicamus generaliter de qualibet parte, / falsum est, quia destructa manu non destruitur / homo. Unde de principalibus est intelligendum, / sive sint principales partes secundum essen/tiam (sicuti quaedam sunt partes minutissi/mae quibus[1230] destructis destruitur totum, ut corpus / et cerebrum), sive sint principales secundum quan/titatem (sicuti paries, tectum etc), non / quod aliquis paries sit pars domus, immo nul/lus paries est pars domus, sed tamen paries / domus est pars principalis, sicuti superius / expositum est. Diximus enim quod pars princi/palis non significat unum; sed 'principalis' semper re/fertur ad subiectum, unde diversis subiectis adiunc/tus diversa significat. Cum enim dicimus 'paries

---

[1224] <con>firmatur *correxi*, fir/mat(ur) *P et Bos*

[1225] *i.m. add. P*: Quantitate(m) propositionum ipoh'tar(um) e(st) necessariis yp(otheticiis) e(ss)e habe(n)da(m), (et) mo(d)ibus p(ro)babilibus, *quod sic correxi*: Paritatem propositionum hypotheticarum in necessariis hypotheticis esse habendam et non in omnibus probabilibus

[1226] consequentiam *correxit Bos*, p(ost)ea *P*

[1227] nec *lexit Bos*, n(un)c *P*

[1228] <Locus a parte integri> *addidit Bos*

[1229] si repetiit P, expunxit Bos

[1230] quibus destructis *correxit Bos*, q(uae) destr(u)cte *P*

est princi/palis <pars>[1231] domus et sine pariete domus esse / non potest', [et][1232] non est relatio ad rem sed ad nomen tantum. / Unde non sequitur quod hic paries vel alius est pars / domus principalis. Iam enim esset sensus quod hic / paries constitueret domum et sine pariete / ista domus esse `non´ potest, quod falsum est. Et sic est tenen/da[1233] locutio ubique, donec relatio ~~principalis / unum~~[1234] habeat. [1235]Et haec a Magistro P(etro) fuit reperta sen/tentia.

Quae satis convenienter teneri potest, licet / ei multa possint opponi. [] Oportet enim ex quo con/cedit quod paries, qui est principalis pars domus, <est[1236] visibilis>, / quod ille paries, <qui[1237] est> principalis[1238] pars domus, sit / visibilis vel invisibilis; et cum non sit invisibi/lis, aliquid est visibile quod est pars principalis **[71vb]** domus; et si visibile est quod <est>[1239] principalis pars / domus, ergo[1240] aliquod singulare est quod est pars prin/cipalis domus. [] Quod totum concedimus si relatio / fiat simplex ad nomen, ut cum dicimus 'paries, qui[1241] / est principalis pars domus, est visibilis', id est paries / est principalis pars domus et paries est visi/bilis. Sic etiam in omnibus aliis similibus. Et hoc genus locutionis / nimis est usitatum apud veteres auctores, ut / cum dicitur 'mulier, quae salvavit, damnavit', quia / mulier salvavit et mulier damnavit, / quia Eua damnavit et Maria salvavit; et 'tu / debes mihi hodie quod debebas heri', quia num/mum[1242] debes mihi hodie et nummum debebas / mihi heri, sed non est <diversus>[1243] nummus quem debeas <et quem deberes>.

Potest tamen / concedi quod hic paries est principalis pars do/mus.

[1231] <pars> addidit Bos

[1232] (et) P, expunxit Bos

[1233] tene(n)/da loc(uti)o *P*, tenendus locus *lexit Bos*

[1234] unum *lexit Bos*, u()u *P*

[1235] *i.m. alia manu add. P*: Sententia m(agistri) P(etri) de parte principali tocius integri; M. P

[1236] <est visibilis> *addidi*

[1237] <qui est> *addidi*

[1238] p(ri)ncipal(is) pa(r)s dom(us) *P*, *expunxit Bos*

[1239] <est> addidit Bos

[1240] (er)g(o) *P*, <oportet> quod *lexit Bos*

[1241] qui *correxi*, q(uod) *P et Bos*

[1242] nummum *correxit Bos*, ni/miu(m) *P*

[1243] <diversus> nummus quem debeas <et quem deberes> *correxi*, q(uem) debeas nu(m)mus *P et Bos*

17.19) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 81ra-rb, among discussions of syllogisms in general

[1244]Adhuc quoque / opponitur.

Omnis homo existens in scholis istis / sedet,
sed Socrates est homo existens in scholis istis,
ergo / Socrates sedet.

Si quis ex illis duabus veris propositioni/bus concessis conclusionem hanc 'Socrates sedet' Socrate surgen/te inferat, quaeritur de illa tali oratione utrum sit / syllogismus.

Probatur quod sit syllogismus, ex definitione syllogismi. / Est enim oratio in qua quibusdam positis etc, ergo est syllogismus. / Quod illa sint posita et concessa, manifestum / est. Quod ex illis positis et concessis inferatur ne/cessario tertia, probatur ex hoc quod, si et ponat / et concedat ista duo 'Omnis homo existens in scho/lis istis sedet' 'sed Socrates est homo existens in scholis istis', / necessario contingit ut istam concedat 'Socrates sedet'. / Illae enim numquam possent esse verae sine ista. / [] Si vero concedatur quod sit syllogismus, iam in syllogismo / ex veris et concessis falsum sequaeretur, / quod est contra artem. Numquam enim ex vero fal/sum sequitur.

[1245]Ad quod m(agister) Al(bericus). Praedicta oratio[1246], fac/ta positione illa quod quis ex illis duabus veris con/cessis, surgente Socrate, inferat 'Socrates sedet', non est / syllogismus. Non enim est oratio in qua ex positis et con/cessis tertium inferatur. Quamvis / enim posita sint ab aliquo illa duo, non tamen Socrate / surgente Socrates[1247] remanet in positione illa. Unde / dicitur quod haec vox 'ex positis et concessis' multipli**[81rb]**citatem habet. Surgente enim Socrate, illae duae propositiones / 'omnis homo existens in scholis istis sedet' et 'Socrates est / homo existens in scholis istis' sunt positae et / concessae, id est aliquis posuit eas et concessit. / Et accipiuntur in hoc sensu: hae orationes / sunt concessae et sunt positae pro praeteritis / perfectis horum verborum 'concedor, concederis' / et 'ponor, poneris'. Et in hoc sensu est ve/rum quod illa tertia propositio necessario in/fertur ex illis iam positis et concessis. / Sed, surgente Socrate, non sunt illae duae / propositiones positae et concessae, id est habentes positio/nem et concessionem.

1244 <Oppositio> *addidit Bos*
1245 M. al' *i.m. add. P*
1246 oratio *correxi*, or(ati)o(n)e *P et Bos*
1247 so(crates) *P*, *expunxit Bos*

Surgente enim Socrate, / propositiones illae et concessionem et positionem / illam, quam habebant, amiserunt. / Antequam enim Socrates surgeret, veritatem ha/bebant, unde <et>[1248] concessionem; <quam[1249] concessionem>, eo surgen/te, amittunt[1250] <et>[1251] falsitatem habent. Unde / contradictionem et non concessionem / habent. Quod enim primo concedebatur, eo post[1252] / surgente negatur. Hinc igitur est quod quis non cogitur / ut conclusionem istam recipiat 'Socrates sedet'. / Eo surgente, non concedit, ut per ea quae ipse / concessit antequam Socrates surgeret. Eo enim modo / surgente, non concedit[1253]; unde per ea non cogitur / ut recipiat hoc falsum ex illis primo / concessis veris, modo falsis. [] Ad hoc enim quod con/clusio inferatur ex positis et concessis ut / in definitione syllogismi intelligi<tur>[1254], oportet ut / propositio et assumptio maneant in positione / et concessione, dum conclusio inferatur. / Quod[1255] quia praedictis orationibus non convenit, syllogismi / nequaquam sunt.

17.20) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 ff. 82vb-83ra

Secundus igitur modus est primae figurae quae constat ex universali / negativa et ex universali affirmativa universalem concludens / negativam, ut

nullum animal est lapis,
sed omnis homo est / animal,
igitur nullus homo est lapis.

Regula: si aliquid ab aliquo / universaliter removetur
et subiectum de alio universaliter praedicatur,
primum / praedicatum[1256] <universaliter>[1257] removetur
ab ultimo subiecto.

Potest[1258] etiam / aliis verbis proponi:

1248 <et> *addidi*
1249 <quam concessioem> *addidi*
1250 amittunt *correxit Bos*, a(m)mittunt *P*
1251 <et> *addidi*
1252 p(ost) *P*, prius *lexit Bos*
1253 conced(it) *P*, concedit<ur> *correxit Bos*
1254 intelligi<tur> *correxit Bos*, intelligi *P*
1255 q(uod) P, expunxit Bos
1256 praedicatum *lexit Bos*, p(rae)dicatu *P*
1257 <universaliter> *addidit Bos*

si aliquid removetur ab aliquo <universaliter>[1259], /
et aliquid subicitur subiecto universaliter,
ab illo universaliter removetur / primum praedicatum.

Haec eadem regula continet hypotheticam com/positam ex duabus categoricis iunctis per 'si' ante**[83ra]**cedentibus ad unam categoricam.

Illa<m>[1260] vero, quae constat / ex categorica et hypothetica naturali, continet regula haec:

si aliquid / removetur ab aliquo universaliter[1261],
tunc, si subiectum praedicatur de alio / universaliter,
primum praedicatum removetur
ab ultimo subiecto / universaliter,

ut si nullus homo est lapis,
tunc si omne risibile est homo,
nullum / risibile est lapis'.

[1262]Sed m(agister) P(etrus) hypotheticam huiusmodi, quae constat / ex categorica et hypothetica naturali, [in][1263] nullo modo concedit / propterea quod in quibusdam terminis eam falsam esse contingit, / ut

si nullus flos est,
tunc si rosa est,
flos rosa non est. /

Iterum[1264] si nullus homo[1265] est homo sedens super scamnum istud[1266], /
tunc si aliquid est homo,
illud[1267] non est <homo>[1268] sedens super scamnum / istud.

In aliis quoque terminis potest falsa inveniri, / ut

si nullus filius Socratis est dormiens,
tunc si aliquid est / filius Socratis,
ipsum non est dormiens.

Sed quod ista fal/sa sit, apparet ex hoc quod ex vero numquam sequitur /

1258 P(otest)] P(raedicatu)r *a.c. P*
1259 <universaliter> *addidit Bos*
1260 Illa<m> *correxit Bos*, Illa *P*
1261 et *add. P*
1262 <Opinio magistri Petri> *addidit Bos*
1263 in P, expunxit Bos
1264 It(eru)m *P*, Item *lexit Bos*
1265 homo + [÷] *P*
1266 istud] istut *P*
1267 illud] illut *P*
1268 <homo> *addidi*

falsum, cum prima sit vera et quae sequitur sit falsa. / Et his communibus, m(agister) P(etrus) hypotheticam aliquam ex categorica sequi / vel e converso negabat.

[1269]Ad quod m(agister) Al(bericus). Quamvis / in quibusdam terminis [qui][1270] leviter huiusmodi propositiones / falsae inveniantur[1271], tamen non omnes falsae sunt iudi/candae. Nulla enim est ratio quod, si in quibusdam termi/nis proposita falsa inveniatur, ideo omnes falsae sunt / iudicandae. Eadem enim ratione omnis hypothetica, quae inter imme/diata proponitur, falsa deberet iudicari; et multas[1272] / alias quas Boethius docet non in quibuslibet terminis / esse proponendas. Dicendum est igitur quod huiusmodi hypotheticae verae / sunt, non tamen in quibuslibet terminis propositae, sed in his / tantum in quibus subiectum numquam potest esse sine praedi/cato vel numquam sine eo contingit, ut

si nullus / homo est lapis,
tunc si omne risibile est homo,
nullum risibile est lapis. /

Sed quod ex hypotheticis et categorica sequatur, demonstrat / Boethius[1273], dicens quod, si dubitetur de prima propositione / hypothetici syllogismi, praedicativa[1274] conclusione probatur. Illud[1275] idem / confirmat Aristoteles[1276] in praedicamento ad aliquid, / cum probat hypotheticam istam 'perempto sensibili, peremp/tum est corpus', quia omne corpus sensibi/le est. Ex quo manifestum est hypotheticam a categorica / probari.

17.21) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 87va-vb

Postquam istos huius[1277] figurae quattuor assigna/vimus modos, reliquum quaerendum / videtur de ordinatione istorum syllogismorum, scilicet / quare ille, quem primum in hac figura diximus, / primus sit positus,

---

1269 <Responsio magistri Alberici> *addidit Bos*
1270 qui *P et Bos*, *expunxi*
1271 inveniantur *correxi*, num(er)ant(ur) *P et Bos*
1272 multas alias *correxit Bos*, in m(u)lti^{s} / aliis *P*
1273 SH 833C10-12: namque prima propositio hypothetici syllogismi, si dubitetur an vera sit, praedicativa conclusione demonstrabitrur
1274 praedicativa *correxi*, p(rae)dicatiui *P*, praedicatum *lexit Bos*
1275 Illu(d) id(em) *sic P*, *sed nota bene quod Boethius probat ex hypotheticis categorica sequi, et Aristoteles quod e converso hypothetica ex categorica sequi*
1276 C-7 61.20
1277 *scil*. secundae figurae

etsi <de>[1278] nullo <alio> modo quaeratur / si unusquisque suum teneat locum. Quaerendum / tamen non est quare illi duo praemittantur aliis duo/bus, cum universales, ut superius diximus, dignitate universa/litatis debeant praemitti. [1279]Sed videtur valde / inconveniens, quod ille modus, qui constat ex universa/li negativa et universali affirmativa, universalem negativam concludens, / praemittitur[1280] ei qui constat ex universali affirmativa et universali / negativa, concludens universalem negativam, cum iste, scilicet / secundus, dignior sit primo in hoc quod propositionem habet digni/orem quam continet[1281] in syllogismo. Quare convenientius / ille, qui positus est secundus, esset dictus primus, / cum[1282] propositionem habet digniorem, scilicet universalem affirmativam[1283]; ille vero / universalem negativam.

[1284]Ad quod m(agister) Al(bericus). Quamvis secundus modus / in hoc, quod dictum est, dignior sit primo modo, tamen / quia magis distat modus secundus a perfectis quam / primus, iure secundum obtinuit locum post primum. / Primus enim non tantum[1285] a perfectis est remotus modis / ut secundus, quia primus una sola conversione re/vertitur in modum secundum figurae primae, sed secundus dua/bus conversionibus revertitur in modum eundem. Unde ap/paret quod secundus modus longius recessit a secundo[1286] / primae figurae quam primus. Et[1287] hanc philo(sophi) in primo / considerantes dignitatem, scilicet[1288] quia propinquior / erat perfecto modo, primum iure eum constitue/runt[1289]. Primus namque sola propositione conversa redit[1290] / in modum secundum figurae primae, hoc modo:

nullus lapis / est animal,
sed omnis homo est animal,

1278 <de> nullo <alio> modo quaeratur *correxi*, nulli mo(d)i q(aeritu)r *P*, nullo modo quaeritur *correxit Bos*

1279 <Oppositio> *addidit Bos*

1280 praemittitur *correxit Bos*, p(rae)misit *P*

1281 continet *correxi*, eptin(et) *P*, optinet *correxit Bos*

1282 cum lexit BOS, CU P

1283 aff(irmativ)am *P*, negativam *lexit Bos*

1284 <Solutio> addidit Bos

1285 tantum *correxit Bos*, t(ame)n *P*

1286 secundo *correxit Bos*, s(ecund)a *P*

1287 (Et) *P*, *neglexit Bos*

1288 s(cilicet) *P*, figure *lexit Bos*

1289 constituerunt *correxit Bos*, 9stitue/tur *P*

1290 redit *correxit Bos*, reddit P

ergo nullus homo est lapis,
converta**[87vb]**tur propositio prima et fiat
nullum animal est lapis;
as<s>umatur[1291] / eadem quae superius
sed omnis homo est animal,
et concludatur eadem quae / superius, scilicet
nullus homo est lapis,
et est modus secundus figurae primae. / Secundus autem secundae figurae revertitur in eundem, conversa assump/tione[1292] et conclusione, hoc modo fiat secundus modus <primae[1293] figurae>:
omnis homo est animal, /
sed nullus lapis est animal,
igitur nullus lapis est homo,
convertatur / assumptio, et fiat propositio haec
nullum animal est lapis,
et ad/datur assumptio eadem quae superius, scilicet
omnis homo est / animal,
et convertatur conclusio, et fiat[1294]
nullus homo est lapis. /

Potest quoque alia reddi ratio. Quamvis negatio per se in/dignior sit[1295], in secunda figura tamen dignior est affirmatione. / Negatio enim in secunda figura semper tenet locum conclusionis, / propter quam conclusionem probandam syllogismus fit. Hac[1296] igitur ratione / primus modus dignior secundo dicitur, quia negationem / maiorem propositionem habet quae, ut dictum est, dignior / affirmatione in secunda figura iudicatur. /

17.22) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 ff. 87vb-88ra, cont. to 17.21 above

[1297]Quaeritur iterum quae sit[1298] propositio syllogismi, cum sic

---

1291 as<s>umatur *correxit Bos*, asumat(ur) *P*
1292 assumptione *lexit Bos*, assup/tio(n)e *P*
1293 <primae figurae> *addidi*
1294 fiat] fuit *a.c. P*
1295 sit *lexit Bos*, fit *P*
1296 Hac *correxit Bos*, ha(n)c *P*
1297 <Quaestio> *addidit Bos*
1298 sit *lexit Bos*, si(n)t *P*

proponi/tur:

omnis homo est animal,
sed nullus lapis est animal,
igitur / nullus homo est lapis'.

Non videtur ratio quare magis una / dicatur propositio syllogismi quam alia, cum utraque aequo / modo iuvet[1299] ad conclusionem inferenda<m>[1300]. Utraque[1301] enim propositio / verius[1302] esse non potest. Iam enim ille syllogismus assump/tione careret. Sed, si aliqua illarum dicenda est / propositio syllogismi, illa, quae prior profertur et dignior est, scilicet[1303] / universalis affirmativa, syllogismi propositio videtur.

[1304]Ad quod m(agister) Al(bericus). Nequa/quam enim iudicanda est syllogismi propositio propter proferendi / modum. Multotiens enim assumptio primo profertur. / Sed, quemadmodum in prima figura iudicatur / propositio syllogismi illa propositio in qua maior extremitas prae/dicata est vel subiecta, assumptio illa in qua mi/nor extremitas praedicata est vel subiecta, ita quoque in / ista figura et in alia est iudicandum. Cum igitur ex his / duabus, scilicet

omnis homo est animal[1305],
sed nullus lapis est animal,

pos/si<n>t[1306] inferri duae conclusiones [sunt][1307], scilicet[1308]

nullus lapis est homo /

et nullus homo est lapis,

si[1309] inferatur ex illis sic vel aliter / prolatis haec conclusio

nullus lapis est homo,

syllogismi propositio[1310] est /

omnis homo est animal

in qua maior extremitas[1311], scilicet[1312] 'animal', est praedi/catus;

1299 iuvet *correxit Bos*, iuu(ent) *seu* iuue(re)t *P*
1300 inferenda<m> *correxit Bos*, inf(er)enda *P*
1301 Utraque *lexit Bos*, ut(er)q(ue) *P*
1302 uerius *P*, verior *correxit Bos*
1303 s(cilicet) *P*, quam *lexit Bos*
1304 <Solutio> *addidit Bos*
1305 animal + <et> *addidit Bos*
1306 possi<n>t *correxit Bos*, pos/sit *P*
1307 s(unt) *P*, *expunxit Bos*
1308 scilicet *lexit Bos*, s(ed) *P*
1309 si *correxi*, S(ed) *P et Bos*
1310 propositio est *correxit Bos*, p(Roposi)o(n)em *P*
1311 extrema *correxit Bos*, extra *P*

assumptio vero <est>[1313]

nullus homo est lapis,

quia / ‘lapis’, qui est[1314] minor extremitas, est in ea praedicatus terminus; et est / secundus modus. Si concludatur haec conclusio

nullus homo <est>[1315] lapis,

erit / modus primus; tamen erunt propositiones transpositae, et erit syllogismi / propositio

nullus lapis[1316] est animal;

assumptio[1317] est

omnis homo est animal, /

quia ‘lapis’, qui in conclusione est prae(dicatus), et in ista propositi/ne[1318] subiectus est, scilicet

nullus lapis[1319] est animal,

et in alia est / ‘homo[1320]’, qui est in conclusione[1321] subiectus [prae(dicato)][1322]. Nullo modo igitur / potest cognosci quae sit propositio syllogismi et quae assumptio, / vel cuiusmodi sit, nisi per conclusionem sciatur, quia, / ut dixi, ex illis duabus propositionibus possunt inferri / duae conclusiones; si concludatur et[1323] praedicatus in affirmativa et subiectus / in negativa, erit modus secundus, et erit propositio syllogismi universalis[1324] / affirmativa; si e[1325] converso fiat, erit modus primus, et propositio syllogismi **[88ra]** erit universalis[1326] negativa.

1312 scilicet *correxit Bos*, s(ed) *P*

1313 <est> *addidit Bos*

1314 est minor extremitas *correxi*, ex maior extra *P*, est maior extremitas *cvorrexit Bos*

1315 <est> *addidit Bos*

1316 lapis est animal *correxi*, h(om)o ÷ lap(is) *P et Bos*

1317 ssumptio est *lexit Bos*, assu(m)ptio(n)e *P*

1318 propositione subiectus est *correxi*, p(rae). / ne .p(Raee). habet(ur) *P*, praedicatione praedicatus habetur *lexit Bos*

1319 lapis est animal *correxi*, h(om)o ÷ lap(is) *P et Bos*

1320 homo *correxi*, a(nima)l *P*, homo <praedicatus> *lexit et addidit Bos*

1321 conclusione *lexit Bos*, q(uaesti)o(n)e *P*

1322 p(rae). *P*, praedicatus *lexit Bos*, *expunxi*

1323 et praedicatur in affirmativa et subiectus / in negativa *correxi*, t(er). p(rae). i(n)ne. d(e)t(er). p(rae). / in affo(n)e *P*, terminus praedicatus dicitur praedicatus in assumptione *lexit Bos*

1324 universalis affirmativa *correxi*, u(niverssa)l(ite)r / ne. *P*, universalis negativa *lexit Bos*,

1325 e *correxi*, n(on) *P et Bos*

1326 universalis negativa *correxi*, u(niversa)l(ite)r af() *P*, universalis affirmativa *lexit Bos*

17.23) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 ff. 88vb-89ra, among discussions of syllogisms of the third figure

[1327]Postquam vidimus causam repertionis / et separationis horum syllogismorum, subintrat[1328] / quaestio ordinis eorundem. [] Non est autem quaerendum / quare primus et secundus modus aliis praemittantur, / cum universales omnes digniores particularibus habeantur[1329]. / Causa quoque manifesta est quare primus secundo parecedat, / cum affirmativus sit et ex universalibus concludatur[1330]. [] Sed / in tertio et in quarto ratio ordinis[1331] omnino videtur deficere. / Ratio namque videtur / quare quartus tertio praemitti debeat, haec, / scilicet quia quartus magis affinis est perfecto / modo quam tertius. Etenim quartus una sola / conversione in perfectum modum revertitur; tertius / vero non una sola, ut dictum est, conversione in perfec/tum revertitur, sed duabus. Unde, quia magis a perfec/to distat tertius quarto, eo indignior est; / quare prior[1332] debuit poni quam tertius. In hoc quoque / tertio quartus dignior est, quod quartus universalem / habet propositionem[1333] quae[1334] locum prae ceteris obtinet in syllogismo, / tertius particularem habet propositionem.

Ad hoc m(agister) Alb(ericus). / Quamvis quartus / in omnibus, quae dicta sunt, dignior sit tertio, / tamen, quia[1335] tertius probat propositionem in qua mi/nus de maiori particulariter praedicatur demonstrative, / quod facere quartus non poterat, et philosophi hanc / dignitatem in tertio considerantes modo[1336] quae pluri/mum in ordine syllogismorum valet, <cum>[1337] tertium locum / tertius obtinuit, quartum quarto loco / esse compulerunt[1338]. Sed quod tertius illam quam dixi / propositionem demonstrative probet, manifestum est ex / hoc. Ut

---

1327 <De ordien horum syllogismorum> *addidit Bos*
1328 subintrat *correxi*, subintra *P*, subvenit *lexit Bos*
1329 habeantur *correxi*, habeat(ur) *P*, habentur *lexit Bos*
1330 concludatur *lexit Bos*, 9cludat *P*
1331 ordinis *correxit Bos*, c()d()is *P*
1332 prior *correxit Bos*, p(ri)mus *P*
1333 propositionem *lexit Bos*, p(roposition)o(n)e *P*
1334 q(uae) *P*, quod *lexit Bos*
1335 quia *P*, *expunxit Bos*
1336 m(od)o *P*, modum *lexit Bos*
1337 <cum> *addidi*
1338 9puler(un)t *P*, compulerit *lexit Bos*

sistat[1339] quaestio utrum quoddam corpus sit homo, / probat eam tertius modus demonstrative, hoc modo: /

quoddam animal est homo,
sed omne animal est corpus,
ergo quoddam / corpus est homo'.

Probatum namque est hominem[1340] cuidam / corpori inesse per animal, quod est notius et natura / prius <quam>[1341] hominem[1342] et causa eius. Istam vero <n>ullo[1343] modo / quartus demonstrative probare posset, / nisi forsan ex definitione; sed, quamvis ex definitione **[89ra]** istam et eam[1344] omne<m>[1345], quae inter mediata propo/nitur, quartus demonstrative probet, tamen non omne<m>[1346] / illam, quam tertius probat demonstrative, / probat quartus, <ut>[1347] si proponatur de individuo ad speciem / quaestio[1348], non potest ex definitione probare quartus, cum nulla / sit definitio individui. Et sic demonstrative mi/nime probaret quartus quam tertius probat. Unde / conveniens fuit ordinatio istorum syllogismorum. /

[1349]Quaeritur iterum de quinto / quare praemissus sit sexto, cum etiam causa videatur[1350] mani/festa quare sextus deberet praemitti quinto. Quintus namque / ita [a][1351] longe remotus est a perfectis syllogismis, quod nul/la conversione in perfectos syllogismos reverti potest; sextus / vero convertitur conversione propositionis et conclusionis in perfec/tum modum, scilicet in quartum, ut demonstrabimus. / Unde videtur ratio qua[1352] sextus quinto debeat / praemitti.

[1353]Ad quod ma(gister) Alb(ericus). In hoc sextus digni/or

1339 sistat *correxit Bos*, sistit *P*
1340 hominem *correxit Bos*, h(om)o ÷ *P*
1341 <quam> *addidit Bos*
1342 hominem *lexit Bos*, h(om)o ÷ *P*
1343 <n>ullo *correxit Bos*, ullo *P*
1344 eam *P*, causam *lexit Bos*
1345 omne<m> *correxit Bos*, om(n)e *P*
1346 omne<m> *correxi*, om(n)e *P et Bos*
1347 <ut> *addidi*
1348 q(uaesti)o *P*, *neglexit Bos*
1349 <Quaestio> *addidit Bos*
1350 videatur *correxit Bos*, uid(e)at *P*
1351 a P, expunxit Bos
1352 q(ua) *P*, quae *lexit Bos*
1353 <Solutio> addidit Bos

procul dubio est quinto, quia magis est af/finis perfecto syllogismo [est][1354] quam quintus. Sed, quia / quintus probat propositionem, in qua minus vel exce/dens a maiore removetur demonstrative, / quam sextus modus probare non poterat, prius[1355] posi/tus est quam sextus, quintum tenens[1356] locum. Haec / namque causa plurimum, ut dixi, in syllogismorum valet / ordine. Sed quod quintus huiusmodi propositionem[1357] / quam dixi probet, manifestum per exemplum supposi/tum erit. Si quaeratur

quoddam corpus non est homo, /

probat quintus modus demonstrative eam, hoc modo: /

quoddam animal non est homo,
sed omne animal est corpus,
ergo quoddam / corpus non est homo.

Probatio fuit ex animali, quod / homine notius est et natura prius. Sed hanc sextus de/monstrative probare non potest. Causa vero aperta est quare sex/tus eandem demonstrative non possit probare, haec scilicet: / quia, cum pars vel excedens a suo toto universaliter non / possit removeri, et etiam oporteat[1358] quod in propositione, / cuius[1359] praedicatus debeat esse praedicatus[1360] in conclusione, / universaliter removetur, <quod>[1361] fieri non potuit huiusmodi propositionis in / sexto probatio. Sed in quinto non oportebat / universaliter partem removeri sed particulariter, quod satis fieri licet. / Eadem quoque causa fere tertius potuit probare illam propositionem, / in qua minus de maiori enuntiatur de/monstrative; et non quartus[1362], quia in quarto hoc / oporte<a>t[1363] fieri modo, ut in propositione, cuius[1364] praedicatus / in conclusione[1365] praedicari[1366] debet, universaliter enuntietur, sed pars / de suo toto universaliter dici minime potest. Quare quartus / illam non probat[1367] propositione<m>[1368]

1354 ÷ P, expunxit Bos
1355 prius *correxit Bos*, p(ri)mo *P*
1356 tenens *P*, *neglexit Bos*
1357 propositionem *lexit Bos*, p(roposi)o(n)e *P*
1358 oporteat *correxit Bos*, oportebat *P*
1359 cuius p(rae)dicatus *sic P et Bos*, *sed fortasse* praedicatus, qui *legendum?*
1360 praedicus *correxi*, sub(iec)t(us) *P et Bos*
1361 <quod> *addidi*
1362 quartus *correxi*, q(ua)rt(ur) *P*, quaeritur *lexit Bos*
1363 oporte<a>t *correxit Bos*, oportet *P*
1364 cuius p(rae)dicat(us) *sic P et Bos*, *sed fortasse* praedicatur, qui *legendum?*
1365 conclusione *lexit Bos*, 9cl(usti)o(n)e(m) *P*
1366 praedicari *correxi*, sub(icitu)r *P*, subicere *lexit Bos*
1367 probat *correxit Bos*, pot(est) *P*

in qua minus vel exce/dens de toto enuntietur.

17.24) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 91ra, among discussions of *hypothetica quae constat ex categorica et hypothetica temporali*

Loci in istis sunt vel a parte vel <a[1369] parte et> ab oppositis vel a par/te et a pari, et locus semper iudicabitur secundum hoc quod / ter(minus) categoricae propositionis habet se ad antecedens et ad consequens / hypotheticae temporalis, ut cum dicimus

si Socrates est homo,
cum Socrates est animal / [vel][1370], Socrates est bipes.

Locus est a parte. Et hoc ideo quod iste terminus / 'homo' habet se ad utrumque[1371], scilicet ad 'animal' et ad 'bipes[1372]', ut pars. / Regula est:

si pars de aliquo praedicatur,
et tota[1373] eiusdem partis / de eodem praedicantur.

Assignatio ~~est: et~~ homo est pars animalis et bi/pedis; quare, si homo de Socrate praedicatur, animal et bipes praedicantur de eodem. /

Similiter est locus a parte et ab oppositis, ut

si Socrates est / homo, cum Socrates est animal,
Socrates non est quadrupes.

Regula est: si a/liqua pars et aliquod oppositum praedicatur de aliquo,
totum[1374] partis praedicatur[1375]
et oppositum removetur.

Similis as/signatio, ~~scilicet[1376].~~ homo pars est quantum ad animal, et opposi/tum quadrupedis [quadrupedis][1377]. Quare, si homo / de Socrate praedicatur, animal praedicatur et quadrupes removetur ab eodem. /

Similiter[1378] l`ocus´ a parte et a pari est, ut hic:

1368 propositione<m> *correxit Bos*, p(ropositi)o(n)e *P*
1369 <a parte et> *addidi*
1370 (ve)l P, expunxit Bos
1371 utr(um)q(ue) *P*, utraque *lexit Bos*
1372 bipes *lexit Bos*, bipe(m) *P*
1373 tota *P*, totum *lexit Bos*
1374 totum *correxit Bos*, tot *P*
1375 praedicatur *correxit Bos*, p(rae)dicas *P*
1376 scilicet *lexit Bos*, S(ed) *P*
1377 quadrupedis repetiit P, expunxi
1378 Similiter *lexit Bos*, sim(u)l *P*

si Socrates est homo, /
cum Socrates est animal, Socrates est risibilis.
Regula: si pars et par praedicatur de / aliquo totum,
et par praedicati partis praedicatur de eo/dem.

Eodem quoque modo dicendum est in aliis, secundum quod prae/dicatus categoricae habet se ad consequens et antece/dens, et regula secundum idem invenietur. Sed quomodo syllogismi fiant / in istis positis, liquebit.

Ma(gister) tamen Pet(rus) in huius/modi dicebat fieri locum ab antecedenti, et / dabat regulam hanc

posito antecedenti, ponitur / quaelibet eius consequentia.

Sed secundum Themistium, / cuius divisio magis est imitanda, <oportet>[1379] praedictis[1380] <modis>, quos / diximus, assignari[1381] locus. /

17.25) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 93ra-vb

Dictum est de hypothetica tam simplicibus quam compositis. / Nunc dicendum est de syllogismis qui in eisdem habent figuras. /

[1382]Et primo de illis qui habent figuras in simplicibus.

Sim/plex hypothetica, ut diximus, quatuor modis dividitur. / Alia enim constat ex duabus affirmativis[1383], alia ex affirmativa **[93rb]** et negativa, alia ex negativa et affirmativa, alia ex duabus negativis. / Et secundum istas quatuor diversitates quatuor in eis[1384] syllogismo/rum fiunt modi.

Fiunt autem syllogismi in hac sim/plici forma[1385], scilicet per antecedentis positionem / et consequentis eversionem. Et debet poni antecedens / tale quale in hypothetica antecedit simplici, ut /

si omnis homo est corpus, quoddam animal est corpus,
sed omnis / homo est corpus[1386],

1379 <oportet> *addidit Bos*
1380 praedictis <modis> *correxi*, p(rae)dictos *P et Bos*
1381 assignari *correxi*, a^{s}signare *P et Bos*
1382 <De illis qui habent figuras in simplicibus> *addidt Bos*
1383 affirmativis *lexit Bos*, a sill(ogismu)s *P*
1384 eis correxit Bos, eas P
1385 forma *correxi*, formo *P*
1386 corpus *correxi*, animal *P et Bos*

ergo quoddam animal[1387] est corpus.

Syllogismus[1388] iste / prioris formae est. Et omnes[1389], quicumque fiunt[1390] per ante/cedentis positionem, sunt evidentes atque perfec/ti. Et datur regula haec:

posito antecedenti, ponitur et con/sequens.

Alii vero omnes, qui fiunt per consequentis / destructionem, sunt posterioris formae et / inevidentes, sicut demonstrabitur in sequenti/bus. Et debet destrui consequens simplicis hypotheticae / contradictorie, hoc modo:

si omnis homo est lignum, quoddam / animal est lignum,
sed nullum animal est lignum,
ergo non omnis / homo est lignum.

Locus est a consequenti perempto. / Regula:

perempto consequenti, perimitur antecedens.

Potest / hypothetica simplex pluribus aliis modis variari. / Simplicium enim aliae constant ex <duabus[1391] universalibus, aliae> universali et particulari, aliae / ex particulari et universali, aliae[1392] ex duabus particularibus. / Et pluribus aliis modis contingit variari per singula/res et indefinitas.

Iterum hypotheticarum simplicium / aliae habent consequens per se intelligendum, / aliae non. Et in his, quae habent consequens per se intelli/gendum, fiunt[1393] syllogismi, sicut dictum est.

Sed dicit Boethius[1394] / quod[1395] ab omni simplici hypothetica possunt fieri syllogismi duo, / scilicet per antecedentis positionem et consequentis / destructionem. [] Quod fieri non potest in illis quae habent [et][1396] con/sequens per se intelligendum. Si enim fie/rent syllogismi per antecedentis positionem, / ut in ista

---

1387 a(nima)l] alius *a.c. P*

1388 Syllogismus *lexit Bos*, sill(ogism)is *P*

1389 omnes *correxit Bos*, o(mn)is *P*

1390 fiu(n)t *P*, fuerint *lexit Bos legens P* fuerit

1391 <duabus universalibus aliae> *addidi*

1392 aliae *lexit Bos*, alia P

1393 fiunt *correxit Bos*, fuit *P*

1394 SH 845A11-14: His ita determinatis, de his protinus syllogismis quorum propositiones in connexione positae duobus terminis constant, explicandum videtur. Horum autem duplex forma est.

1395 quod *correxit Bos*, qui *P*

1396 (et) *P*, *expunxit Bos*

si Socrates est homo, Socrates est animal,

non potest syllogismus / in eadem esse verus per consequentis eversionem, / quia, si vere poterit assumi antecedens, non / poterit vere assumi contradi<c>toria[1397] consequentis, / et e converso. Unde veteres, quia alios non noverunt / syllogismos[1398] nisi qui fiunt in hypothetica habente determinatum / consequens, non poterant assignare convenienter / quomodo[1399] syllogismi essent in unaquaque hypothetica.

[1400]Ma(gister) / vero Pe(trus) quadam sua falsa positione leviter / hic[1401] in unaquaque hypothetica simplici duos syllogismos / posse fieri demonstrabat. Habebat namque / in sententia quod omnis syllogismus verus esset in[1402] / quo vere[1403] conclusio inferretur ex positis; et omnis esset / necessarius, quamvis falsas in se haberet / partes. Unde istum syllogismum

si Socrates est homo, Socrates / est animal
sed Socrates non est animal,
ergo Socrates non est homo,

verum / esse concedebat[1404].

[1405]Sed huic sententiae, ut / superius monstratum est, tam auctoritas **[93va]** quam ratio manifeste oppugnat. **[]** Opor/tet namque eos confiteri quod vero et necessario syllogismo / potest probari quod ipsi sunt insensati et sunt etiam asini; et <quod>[1406] ille / syllogismus, qui plenus est mendaciis, [ille][1407] verus est. / **[]** Si vero dixerit[1408] illud idem non in ipsa hypothetica contingere, ut <in>[1409] ista

si Socrates est asinus, Socrates est rudibilis, /

mentitur[1410], quia in hypothetica nihil conceditur / nisi verum, <et>[1411] in

---

1397 contradi<c>toria *correxit Bos*, c(on)t(ra)dito(r)ia *P*
1398 syllogismos *correxit Bos*, sill(ogism)o *P*
1399 quomodo *solvi*, qn()o *P*, quando *lexit Bos*
1400]<Sententia magistri Petri> *addidit Bos*
1401 hic *lexit Bos*, h(oc) *P*,
1402 in correxit Bos, ex P
1403 u(er)e *P*, vera *lexit Bos*
1404 concedebat] 9ced(e)bat[is] *P*
1405 <Solutio> *addidit Bos*
1406 <quod> *addidit Bos*
1407 ille *P*, *expunxit Bos*
1408 dix(er)it *P*, dixerint *correxit Bos*
1409 <in> addidit Bos
1410 mentitur *correxi*, m(en)tiuntur *P et Bos*
1411 <et> *addidi*

syllogismo sunt duo concessa, <verum[1412] et falsum[1413], et> falsum[1414] con/cluditur[1415]. [] Et habet quoque Aristotiles in Elenchis[1416] apertissime / quod syllogismus falsus est syllogismus. Et postea[1417] subdi/vidit syllogismum falsum, dicens quod syllogismus `alius´ / falsus est[1418] propter falsam partem, alius <falsus>[1419] est propter / fallaciam aliam[1420] inclusam. [] Iterum, / quando[1421] dicunt quod omnis <syllogismus>[1422] sit necessarius, quia / definitio syllogismi dicit quod syllogismus est oratio in qua quibus/dam positis <et>[1423] concessis necesse est aliud eveni/re etc, non intelligunt quod <per>[1424] 'necesse esse', <quod>[1425] in / definitione syllogismi posuit, non attribuitur syllogismo / necessitas, sed[1426] consecutioni[1427] syllogismorum, scilicet / ipsi[1428] complexioni syllogismorum, quae semper necessaria / est. [] Iterum dicit Boethius[1429] / in Commento quod verorum syllogismorum / alii sunt necessarii, alii non. [] Idem quoque in Topicis[1430] / dicit: "Syllogismus, si veris[1431] contexatur[1432] propositionibus, firma / atque immutabilis eius veritas perseverat[1433]". / Sed si Boethius intellexisset quod omnis syllogismus necessa/rius esset, frustra addidisset "si veris conte/xatur

---

1412 <verum et falsum et> *addidi*

1413 *scil*. si Socrates est asinus, Socrates est rudibilis, *quod est verum; et* sed Socrates est asinus, *quod est falsum*

1414 falsum concluditur *correxi*, falsa 9/po(s)ita *P et Bos*

1415 *scil*. ergo Socrates est rudibilis, *quod est falsum*

1416 *Ubi?*

1417 SE-18 40.12-14: falsus autem syllogismus fit dupliciter (aut enim si syllogizatum est falsum, aut si cum non est syllogismus videtur esse syllogismus)

1418 est + [f.] *P*, scilicet *lexit Bos*

1419 <falsus> addidit Bos

1420 alam + [fallatia(m)] *P*

1421 quando *correxi*, q(uod) *P et Bos*

1422 <syllogismus> *addidi*

1423 <et> addidit Bos

1424 <per> *addidit Bos*

1425 <quod> *addidit Bos*

1426 sed + <intelligunt> *addidit Bos*

1427 consecutioni *correxi*, 9secutione(m) *P et Bos*

1428 ipsi complexioni *correxi*, ip(s)i 9plecio(n)is *P*, ipsam complexionem *correxit Bos*

1429 *Ubinam?*

1430 DT 1184A11-12

1431 veris *correxit Bos*, uerus *P*

1432 9texat(ur) *P*, contexitur *lexit Bos*

1433 perseverat *lexit Bos*, p(er)seu(er)et *P*

propositionibus”. [] T(ullius)[1434] quoque demonstrat huius/modi modum[1435] argumentandi, qui falsas habet partes, / esse insidiosum et reprehensibile<m>[1436], ut

omnis, qui / neglegit[1437] pecuniam, sapiens non est,
Socrates autem pecuniam[1438] / neglegit[1439],
ergo Socrates sapiens non est.

Iste syllogismus vi/tiosus est, quia propositione<m>[1440] habet falsam, quam[1441] ipsi / dicunt veram[1442] esse et necessariam[1443]; sed syllogismus non est / necessarius nisi contexatur[1444] necessariis propositionibus. / Nec omnis falsus syllogismus est syllogismus, sed tantum ille qui / est falsus in parte, ita quod illa pars <sit[1445] falsa> in com/positione plurium et quaedam sit vera, ut iste

quoddam[1446] / genus est nomen,
sed omne nomen est vox,
ergo quoddam[1447] / genus est vox.

Sed alii syllogismi falsi syllogismi / nequaquam sunt, ut iste

si Socrates est homo, Socrates est animal, /
sed Socrates non est animal,
igitur Socrates non est homo.

Sed sunt huiusmodi / syllogismi ad opponentem[1448], id est ad eum qui ponit Socratem / non esse animal; non tamen <sunt>[1449] syllogismi simpliciter.

Quare, cum in supradic/tis propositionibus duo syllogismi non possint[1450] assignari, / relinquitur nobis assignandum in aliis[1451] [quod[1452]

1434 T(llius) *solvi*, .t. *P*, Themistius *solvit Bos*, *De inventione* I-900
1435 mod(um)] in eod(em) *a.c*. *P*
1436 reprehensibile<m> *correxit Bos*, rep(re)hensibile *P*
1437 neglegit *correxi*, neglit *P*, negligit *lexit Bos*
1438 pecuniam *lexit Bos*, pecc()am *P*
1439 neglegit *correxi*, neglig(it) *P et Bos*
1440 propositione<m> *correxit Bos*, p(roposition)o(n)e *P*
1441 quam *correxit Bos*, que(m) *P*
1442 veram *lexit Bos*, u(er)um *P*
1443 necessarium *correxit Bos*, necessa(r)iu(m) *P*
1444 contexatur *correxi*, texat(ur) *P*, texitur *lexit Bos*
1445 <sit falsa > *addidi*, <est> *addidit Bos*
1446 quoddam genus *correxi*, q(uid)am / h(om)o *P et Bos*
1447 q(uod)dam / genus *P*, quidam homo *correxit Bos*
1448 opponentem *correxit Bos*, oppo(s)itu(m) *P*
1449 <sunt> *addidit Bos*
1450 possint *lexit Bos*, poss(unt) *P*

/ Boethius dixit quod levissimum ~~exit mai~~ propositioni/bus duo syllogismi non possint[1453] assignari. Re/linquitur nobis assignandum], quos[1454] Boethius / demonstrat, cum dicit[1455] "si est A, est B"; et sta/tim subiungit[1456] "si est homo, est animal". Intelligitur **[93vb]** enim sic: 'si quid est homo, ipsum est animal'. Quod in sequentibus / vero monstrabitur.

[1457]Sed prius videamus quomodo / duo syllogismi in praedicta propositione descendunt:

si quid / est homo, ipsum est animal,
sed Socrates est homo,
<igitur>[1458] Socrates est animal;
<vel>[1459] sed[1460] lapis non est / animal,
igitur lapis non est homo'.

Licet enim assumere de / quovis tertio. Istorum modorum syllogismorum ma(gister) A(lbericus) / primus extitit repertor. Quod quantum si<n>t[1461] sit ne/cessarii, superior disputatio demonstrat. /

Item. Dicit Boethius[1462] quod syllogismus decurrit de universalibus approban/da[1463] particularia; <quod[1464]> in illis hypotheticis[1465] assignari <non>[1466] posset nisi in i/stis praedictis[1467] syllogismis. Universalius[1468] enim est

si quid est homo, ipsum / est animal

1451 aliis *P*, illis *lexit Bos*

1452 q(uod) / bo. dixit. q(uod) leuissimu(m) exit mai p(ropositi)o(n)i/b(us) duo sill(ogism)i non possint assignari re/linquitur nob(is) assign(an)du(m) *P et Bos*, *expunxi*

1453 possint *P*, possunt *lexit Bos*

1454 quos (*scil. syllogismos) correxi*, quas *P*, quid *lexit Bos*

1455 SH 845B12

1456 SH 845C8

1457 <De primo modo> *addidit Bos*

1458 <igitur> *addidit Bos*

1459 <vel> *addidi*

1460 sed *correxit Bos*, (i)g(itur) *P*

1461 si<n>t *correxi*, sit *P et Bos*

1462 DT 1184A9-12: Syllogismus namque ab universalibus in particularia decurrit, estque in eo, si veris propositionibus contexatur, firma atque incommutabilis veritas.

1463 approbanda particularia *solvi*, ap(ro)ban/da pa(r)t. *P*, † approprian/da † part(es) *solvit Bos*

1464 <quod> *addidi*

1465 hypotheticis *solvi*, ypo. *P*, hypothetica *solvit Bos*

1466 <non> *addidi*

1467 praedictis syllogismis *correxi*, p(rae)dicti sill(ogism)i *P et Bos*

1468 Universalius *correxit Bos*, v(niversa)lior(um) *P*

quam <si>[1469] Socrates est <homo[1470], Socrates est> animal etc.

Sed, quod illa propositio, quam in primo / modo Boethius proponit

si est homo, est animal,

sit intelligenda[1471] / hoc modo

si quid est homo, ipsum est animal,

manifestum est ex / hoc quod in nullo alio poterit exponi sensu conve/nienter[1472]. Si enim dicat<ur>[1473] sic esse intelligendum ut / praedicetur <verbum>[1474] substantivum de homine et de animali, / ut fiat sensus

si homo existit, animal existit,

non potest / teneri, quia in secundo modo fallit in[1475] sensu modo eodem. Falsum enim est /

si homo existit, lapis non existit.

Item, si dicatur hoc modo /

si homo est, animal est,

id est si aliquid homo est, aliquid est animal,

fallit <in[1476] secundo modo> / in sensu[1477] eodem. Unde oportet quod in nullo[1478] alio <sensu> / relinqui possit quam[1479] dicatur secundum hunc[1480] sensum

si quid est / homo, ipsum est animal.

Et ex ista duo possunt syllogismi fieri, ut / demonstratum[1481] est[1482], positione antecedentis <vel[1483] destructione consequentis>. /

Po/nitur vero antecedens, vel quia ponitur propositio antece/dens, vel ter(minus) ille in quo est vis antecedentis, / ut

---

1469 <si> *addidi*

1470 <homo, Socrates est> *addidi*

1471 intelligenda *P*, intelligendum *lexit Bos*

1472 9ue/nient(er) *P*, convenienti *lexit Bos*

1473 dicat<ur> *correxit Bos*, dicat *P*

1474 <verbum> *addidit Bos*

1475 in sensu *correxi*, i(m)mo *P*, in modo *lexit Bos*

1476 <in secundo modo> *addidi*

1477 sensu *correxi*, m(od)o *P et Bos*

1478 nullo alio <sensu> *correxi*, nulla alia *P et Bos*

1479 quam *correxi*, q(uod) *P et Bos*

1480 hunc *lexit Bos*, h”n´c *P*

1481 demonstratum *correxit Bos*, d(e)monstrauit *P*

1482 est + ex *lexit Bos*

1483 <vel destructione consequentis> *addidi*

si quid est homo, ipsum est animal,
sed Socrates est homo,
ergo Socrates est animal[1484]. /

Potest[1485] poni antecedens de aliquo vel universaliter vel particulariter vel indefinite vel singulariter, ut

si quid est homo, ipsum est / animal,
sed omne risibile est homo,
ergo omne risibile est animal;

vel quoddam risibile est / homo,
<vel[1486] hoc risibile est homo>,
vel etiam risibile est homo
licet assumere. Regula:

posito ante/cedenti, ponitur et quod consequitur.

Et secundum Themistium / potest dari locus a pari vel a parte, sicut res varia/buntur[1487]. Themistius enim non habet locus ab ante/cedenti. Sed Tullius, <auctore>[1488] Bo(ethii)[1489], reducendo locum / ab antecedenti in locos Themistii, dicit plu/res[1490] locos esse inventos, scilicet a parte vel a pari <etc>[1491]. Et dabun/tur regulae eaedem in syllogismis istis quae datae sunt in hypotheticis, / scilicet

de quocumque pars, et totum,

<etc>[1492]. Assignatio erit in / assumptione et conclusione. ~~Proprio~~[1493] ~~propriorum~~ demonstrat / eorum habitudines, scilicet quod vel sint[1494] ut pars et / totum, vel <ut>[1495] opposita, etc.

Similiter in consequenti da/buntur loci secundum Themistium, vel a toto vel a de/finitione etc[1496], sicut res variabuntur, ut

---

1484 potest (*uel* patet?) *P*

1485 potest poni *correxi*, p(o)t(est) po(n)it(ur) *P*, Ponitur *lexit Bos*

1486 <vel hoc risibile est homo> *tacite addidit Bos*

1487 variabuntur *lexit Bos*, uacua/buntur *P*

1488 <auctore> *addidit Bos*

1489 *Ubi? An* DT 1204A5-7: Ab antecedentibus et consequentibus locus multifariam spargitur. Nam et definitio et descriptio et antecedere rem et consequi possunt.

1490 plures locos esse inventos *correxi*, p`l´u[l]/l'ib(us) e(ss)e inuentu(m) *P*, plu/ribus <universalibus> esse inventum *lexit et addidit Bos*

1491 <etc> *addidi*

1492 <etc> *addidi*

1493 p(ropri)o p(ropri)or(um) *P*, <Arisoteles> primo Priorum *correxit Bos*

1494 sint *lexit Bos*, fuit *P*

1495 <ut> *addidit Bos*

1496 etc *correxi*, (et) *P*, *expunxit Bos*

si quid est homo, / ipsum est animal,
sed lapis non est animal,
ergo lapis non est homo.

Locus / est a toto secundum Themistium. Regula[1497]:

a quocumque / removetur totum, et[1498] pars.

Et animal est totum hominis, quod demon/strat propositio ista

si quid est homo, ipsum est animal.

Quare, si animal / removetur a lapide, homo removetur ab eodem. Et nisi istos demus **[94ra]** his syllogismis, locos nullos poterimus[1499] dare secundum The/mistium. Secundum vero Tullium dabitur a consequenti. / Regula:

destructo consequenti, destruitur ante/cedens.

Destruitur tunc antecedens, vel cum destruitur / propositio quae sequi`tur´ per suam contradictoriam[1500], vel cum terminus consequentis negatur[1501]. Potest vero negari[1502] / universaliter, particulariter, et indefinite et singulariter.

[1503]Si vero quaeratur quid[1504] sit / antecedens in hac propositione

si quid est homo, ipsum est animal, /

[1505]dicimus quod haec vox 'si quid est homo[1506]', quae non est propositio; et haec vox / non significativa est consequens, scilicet 'ipsum est animal'. Et ne/quaquam est inconveniens, si consequens sit non / significativum vel antecedens. Si quis laboret demon/strare quae propositio sequeretur, non posset demon/strare, quia aut infinitae sequuntur / aut <nulla>[1507]. Nulla enim ratio est quare magis sequatur / 'Plato est animal' quam unaquaeque[1508] aliarum, et sic nulla est / propositio quae sequitur. [] Sed tamen possumus concedere quod ex / praedicativis constat. Quod autem dicit Boethius[1509] 'omnis hypothetica ex / praedicativis constat', sic[1510]

1497 Regula *correxit Bos*, q(uod) e(r)it *P*
1498 et *correxit Bos*, a *P*
1499 poterimus *correxit Bos*, post(er)ius *P*
1500 contradictoriam *lexit Bos*, c(on)t(ra)ditoriam *P*
1501 negatur *correxit Bos*, negatum *P*
1502 negari *correxit Bos*, negatv(m) *P*
1503 <Quaestio> *addidit Bos*
1504 quid *correxit Bos*, q(uod) *P*
1505 <Responsio> *addidit Bos*
1506 h(om)o] a(nima)l *i.t. et s.l. add.* h(om)o *P*
1507 <nulla> *addidit Bos*
1508 unaequaeque *correxi*, una q(uam) *P*, unaquaque *lexit Bos*
1509 SH 832B9-10: Hypotheticae autem propositiones ex categoricis constant

determinanda est. Cum dicimus / ‘constat ex praedicativis’, id est [vel][1511] constat ex his quae categoricae / sunt, falsa est; sed si dicas eam constare ex categoricis, / id est ex his quae ponuntur loco categoricarum, vera / erit. Non dico quod categoricae, si ponerentur ibidem, / significarent, quod istae ~~non significata~~[1512] ~~ibi significant~~, sed ideo / propositiones ponuntur quia vice earum hypotheticam[1513] / illam[1514] constituit quae[1515] categoricae erant.

Res vero / sequitur et antecedit, <scilicet>[1516] species ad suum genus; et secundum / hoc supponitur ab antecedenti. Sed notan/dum est quod non quolibet modo licet po/nere antecedens de aliquo ad hoc quod syllogismus / fiat, ut si proponatur circa aliquid[1517] determinate, / non licet ponere antecedentem termi/num, sed debet tota propositio antecedens assu/mi, ut

si omnis homo est animal, omnis homo est corpus,
sed Socrates / est homo,

non tamen <sequitur>[1518]

Socrates est corpus;

vel si dicatur sed Socrates est / homo[1519],
ergo est corpus,

non est syllogismus, quia homo nihil operatur. / Eodem modo non licet ex parte consequentis / assumere, ut superius diximus.

Boethius[1520] tamen ponit / huiusmodi propositionem[1521]

si est A, est B,

quae minime / videtur esse vera. Minime enim verum est quod, si hoc / elementum ‘A’ existit, hoc aliud elementum / ‘B’ existat. <Sed>[1522]

si quid est A, ipsum est B.

1510 sic *correxi*, s(ed) *P*, *expunxit Bos*
1511 (ve)l *P*, *expunxit Bos*
1512 significata *correxi*, sig(nifi)cati *P*, significativi *lexit Bos*
1513 hypotheticam *solvi*, ypo. *P*, hypotheticarum *solvit Bos*
1514 illa(m) *P*, illud *lexit Bos*
1515 quae categoricae erant *correxi*, q(uod) cath(ecgori)car(um) e(r)at *P et Bos*
1516 <scilicet> *addidi*
1517 aliquid *lexit Bos*, aliq(uod) *P*
1518 <sequitur> *addidi*
1519 homo *correxi*, a(nima)l *P et Bos*
1520 Boethius,
1521 propositionem *lexit Bos*, p(roposi)o(n)e *P*
1522 <Sed> *addidi*

[sed][1523] Boethius non sic / intellexit, <quia>[1524] isto sensu falsae sunt; sed volebat[1525] / demonstrare formam propositionum aliarum circa ter/minos determinantium[1526]. Significat igitur Boethius per istam / propostionem[1527]

si est A, est B

quod affirmatio sequitur ad affirmationem [ut][1528]. / Sed[1529], cum assumitur[1530] <et[1531] concluditur>

sed[1532] est A, igitur est B,

non facit syllogismum[1533], / sed formam syllogismi; demonstrat tamen sequi ne/cessario, et <hic>[1534] est sensus.

17.26) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. 97rb-va, among the discussions of the first mode of the first figure of *hypothetica media*

Si[1535] vero inferunt se secundum veritatem et falsi/tatem et de falsitate tantum, erit locus ab opposi/tis, velut propositio habebit se. Si enim huiusmodi / concedatur `medium`, poterit eis simile incon/veniens probari, ut si dicamus

si Socrates est homo / et Socrates non est animal,
Socrates est homo,
et, si Socrates est homo, Socrates est animal, /
ergo, si Socrates [non][1536] est homo
et[1537] Socrates non est animal,
Socrates[1538] est homo et Socrates est animal. /

1523 S(ed) *P et Bos*, *expunxi*
1524 <quia> *addidi*
1525 volebat *correxit Bos*, uoleba(n)t *P*
1526 determinantium *correxi*, d(e)t(er)minantes *P et Bos*
1527 propositionem *lexit Bos*, p(roposi)o(n)e *P*
1528 u(t) *P et Bos*, *expunxi*
1529 S(ed) *P*, *expunxit Bos*
1530 assumitur *lexit Bos*, assumit *P*
1531 <et concluditur> *addidi*
1532 s(ed) *P*, scilicet *lexit Bos*
1533 syllogismum *correxi*, sill(ogismu)s *P*, syllogismos *lexit Bos*
1534 <hic> *addidit Bos*
1535 Si vero *lexit Bos*, siu(e) *P*
1536 n(on) *P et Bos*, *expunxi*
1537 (et) *P*, *neglexit Bos*

~~Qui est primum quod in illa parte afferebat~~ / inconveniens.
Item, si[1539] convertatur in parem suam / illa propositio, quae modo inclusa est, scilicet

si Socrates est homo et Socrates / non est animal,
Socrates est animal,

et fiat si Socrates non est animal[1540],
non Socrates / est homo
<et>[1541] Socrates non est animal,

ipsa ponatur assumptio in / syllogismo sequenti, et dicatur sic:

si Socrates est homo et Socrates / non est animal,
Socrates non est animal,
et si Socrates non est animal[1542],
non Socrates / est homo
<et>[1543] Socrates non est animal,
ergo, si Socrates est homo et Socrates non est animal,
non Socrates **[97va]** est homo
et Socrates non est animal.

Idem P(etrus) negabat, dicens negatione<m>[1544] vehementio/rem <esse>[1545] per se dicta<m>[1546] quam cum alio. Unde non concedebat /

si Socrates est homo et Socrates non est animal,
Socrates est animal,
<sicut>[1547] si Plato non / disputat nisi Socrates loquitur
non sequitur simplex negatio, scilicet
Plato non disputat.

[] Sed fabu/la est quod dicit. Ex quo enim duo posita sunt, scilicet affirmatio et ne/gatio, quodlibet illorum sequitur necessario. Sed quod / inducit, non est simile, quia 'non' per se posita est ne/gatio et in conditione. /

1538 so(crates) e(st) h(om)o *P*, *neglexit Bos*
1539 <si> *correxi*, illu(d) *P*, <secunum> illum (scil. Themistium) <si> *correxit Bos*
1540 animal + <et> *addidit Bos*
1541 <et> *addidi*
1542 animal + <et> *addidit Bos*
1543 <et> *addidi*
1544 negatione<m> *correxit Bos*, neg(ati)o(n)e *P*
1545 <esse> *addidit Bos*
1546 dicta<m> *correxit Bos*, dicta *P*
1547 <sicut> *addidi*

17.27) Intr4: *Introductiones Montanae maiores*, Paris lat. 15141 f. f. 97va, cont. to) above, on the second mode of the first figure of *hypotheticda media*

Dictum est de modo <primo>[1548], cuius tractatus videtur as/sumpsisse ea quae in singulis aliis modis diceban/tur; unde, quia fere omnia, quae in[1549] primo modo dicta / sunt, in aliis intelligi oportet. Est[1550] igitur modi secundi[1551] syllogismus qui descendit[1552] ab ea[1553] propositione quae constat ex duabus af/firmativis et tertia negativa, ut

si Socrates est homo, Socrates est animal, /
et si Socrates est animal, Socrates non est lapis,
igitur si Socrates est homo, Socrates non est lapis, /
vel ergo si Socrates est lapis, Socrates non est [lapis][1554]
homo,
/ vel concludatur categorice /
sed Socrates est homo,
ergo non est lapis;
vel sed Socrates est lapis,
ergo non est homo. /

~~Loci inventionis, et regurae~~[1555]. Et illa regula[1556], quae demonstrat / syllogismi complexionem, inveniatur[1557] <secundum>[1558] similitudinem / supradictorum.

Notandum est vero quod modus dinoscitur / ~~inde~~[1559] in hypotheticis tantum secundum qualitatem et ordinem / propositionum ex quibus media constat propositio; et nihil valet quan/titas[1560] propositionum ad[1561] discernendum modum in hypotheticis. / M(agister)[1562] tamen

---

1548 <primo> *addidi*
1549 in *P*, *neglexit Bos*
1550 E(st) *P*, vel *lexit Bos*
1551 s(ecund)i *P*, figure *lexit Bos*
1552 d(e)scend(it) *P*, descendunt *lexit Bos*
1553 ea *correxit Bos*, eo *P*
1554 lap(is) *P*, *expunxit Bos*
1555 re (regule) *P*, regula *lexit Bos*
1556 ra (regula) *P*, figura
1557 inue(n)iat(ur) *P*, invenia<n>tur *correxit Bos*
1558 <secundum> *addidit Bos*
1559 in(de) *P*, ut *lexit Bos*
1560 quantitas *correxit Bos*, q(uan)/titatis *P*
1561 ad discernendum *correxit Bos*, (et) discernendi *P*
1562 M(agister) t(ame)n *P*, Quare m(agister) *lexit Bos*

P(etrus) nullam propositione<m>[1563] secundi modi concedebat, nec ali/qua[1564] <alia>, in qua negatio <est>, ex ipsius ratione sequitur. Probat enim / falsam[1565] suis sophisticis disputationibus esse propositionem ista<m>[1566] /

si Socrates est animal, Socrates non est lapis

et unamquamque [et][1567] similem falsam / esse asserebat[1568]. Concedebat[1569] tamen enthymema et ar/gumentum; sed consequentiam negabat, ut dictum est. Causa[1570] [est], / quare falsam[1571] eam putabat, hoc[1572] est[1573], quia ex ea vera / concessa sequuntur, ut ipse dicebat, haec quae subdemus[1574] / inconvenientia

si Socrates est homo et lapis, Socrates est homo,
et si Socrates / est homo, Socrates non est lapis,
ergo si[1575] Socrates est homo et lapis, Socrates non est

lapis, / quod est inconveniens. Item ex hoc inconvenienti procedit, / ut alium magis inconveniens probet[1576], hoc modo:

si Socrates est homo / et lapis, Socrates non est lapis,
ergo si Socrates est lapis, Socrates non est homo / et lapis.

Locus a consequenti. <Regula>[1577]:

Destructo[1578] consequenti, de<struitur>[1579] / antecedens.

Quare destructa[1580] hac 'Socrates non est lapis' per hanc[1581] / 'Socrates

---

1563 propositione<m> *correxit Bos*, p(roposition)o(n)e *P*
1564 ali/qua <alia> in qua negatio <est> *correxi*, ali/qua t(amen) qua(m) neg(ati)o *P*,<aliquam in> qua negatio <est> *correxit Bos*
1565 falsam (*correxi* falsu(m *P*) s(ui)s soph(istic)is *P*, fallaciam Filosophus <in sophisticis> *lexit Bos*
1566 ista<m> *correxit Bos*, ista *P*
1567 (et) *P*, *expunxit Bos*
1568 asserebat *correxit Bos*, afferebat *P*
1569 9ced(eb)at *P*, Concedatur *lexit Bos*
1570 c(aus)a e(st) *P*, est *expunxi*, alibi *lexit Bos*
1571 falsam eam putabat *correxi*, falsa(m) ea putaba(n)t *P*, fallaciam putabant *lexit Bos*
1572 h(oc) *P*, hic *lexit Bos*
1573 est *correxi*, e(ss)e *P et Bos*
1574 subd(e)m(us) *P*, subdit ut *lexit Bos*
1575 si so(crates) e(st) h(om)o. (et) lap(is) *P*, *neglexit Bos*
1576 p(ro)b(et) *P*, probetur *lexit Bos*
1577 <Regula> *addidit Bos*
1578 Desctructo *lexit Bos*, d'ff'to *P*
1579 de<struitur> antecedens *correxit Bos*, d(E) / an(te) cedente *P*
1580 desctructa hac *lexit Bos*, d(e)st(ru)cto h(oc) *P*

est lapis', destruitur haec propositio antecedens 'Socrates est homo / et lapis' per istam 'non [si][1582] Socrates est homo et lapis'. Sententia / enim fuit quod haec oratio 'Socrates est homo et lapis' esset propositio, et quod/cumque[1583] adderetur per hanc coniunctionem 'et', facie̲b̲a̲t eius / contraditoria<m>[1584], praeposita toti orationi hac[1585] particula 'non'. / Unde sic destrue̲b̲a̲t antecedens, ut monstra/tum est. **[]** Sed adhuc procedit[1586] hoc modo, ponens istam **[97vb]** conclusionem

<si>[1587] Socrates est lapis,
Socrates <non>[1588] est homo et lapis

in assumptione / alterius syllogismi, quod subponitur

si Socrates est homo et lapis, Socrates / est lapis,
si Socrates est lapis, [non[1589]] Socrates [est[1590] lapis]
non [Socrates][1591] est homo et / lapis,
ergo <si>[1592] Socrates est homo et lapis,
non Socrates est homo et lapis.

Hoc mani/festum est inconveniens, quia una contradictoria numquam / sequitur ad suam contradictoriam; quod hoc <modo>[1593] videtur / esse probatur.

Sed ad id, quod primo proposuit, sic responde/mus[1594], dicentes omnes illas propositiones esse veras praeter con/clusionem. Unde dicimus quod syllogismus non est, quia ex illis posi/tis non sequitur quod concludat. Verum enim est

si Socrates / est homo et lapis, Socrates est homo;

item vera est assumptio, quae est

si Socrates / est homo, Socrates non est lapis;

1581 hanc *lexit Bos*, h(oc) *P*
1582 si *P*, *expunxit Bos*
1583 q(uod)/c(um)q(ue) *P*, quacumque *lexit Bos*
1584 contradictoria<m> *correxit Bos*, c(on)t(ra)dito(r)ia *P*
1585 hac *lexit Bos*, ha(n)c *P*
1586 procedit *lexit Bos*, p(ro)ced(un)t *P*
1587 <si> addidi
1588 <non> *addidi*
1589 non P, expunxi
1590 e(st) lap(is) *P*, *expunxi*, est lapis + <et si non: Socrates est lapis> *addidit Bos*
1591 so(crates) *P*, *expunxi*
1592 <si> *addidit Bos*
1593 <modo> *addidi*
1594 R(espon)de/mus *P*, regulam de/mus *lexit Bos*

conclusionem falsam dicimus[1595]

ergo si / Socrates est homo et lapis, Socrates non est lapis.

M(agister) P(etrus) dicebat / syllogismum esse verum, <quia>[1596] concessis partibus firma habetur com/plexio. Sed dicebat quod assumptio falsa erat, / ex qua falsa dicebat illam falsa<m>[1597] conclusionem sequi. /

Nos[1598] idcirco dicimus quod complexio nihil valet, et partes / verae sunt praeter[1599] conclusionem, scilicet[1600] <quod> ipse neque regula illa

si aliquid / infert aliquid etc

neque ratione[1601] aliqua[1602] potest confir/mare illum syllogismum falsum, cum nec[1603] regulam conceda/mus neque simile medium ullo modo sit[1604] / inventum in quo duo exposita sic coniungantur. / Si enim hoc aliquod medium esset, auctor aliquis nunquam / usus esset eo. Quare, cum ratio nulla neque auctoritas / aliquid tale confirmavit[1605], ~~huius~~ medium nequa/quam concedendum est. [] Iterum probatur ratione patentissi/ma[1606] quod conclusio illa non infertur ex illis concessis[1607]. / A primis constat firma iam sententia quod ex veris / nunquam falsum sequatur, sed quod illa [quod][1608] sit falsa, / patens est. [] Item negari non potest quod illa propositio ab auctoribus / in vero sensu posita non sit[1609]. Modo proponatur[1610] ista / quae est vera

si Socrates est homo et lapis, Socrates est homo,

et huic ad/datur ista

si Socrates est homo, Socrates non est lapis,

1595 dicimus *correxi*, dicebat *P et Bos*
1596 <quia> *addidi*
1597 falsa<m> *correxit Bos*, falsa *P*
1598 Nos *correxit Bos*, non *P*
1599 p(rae)t(er) *P*, propter *lexit Bos*
1600 scilicet <quod> *correxi*, s(ed) *P et Bos*
1601 r(ati)o(n)e *P*, ratio est *correxit Bos*
1602 aliqua + <quae> *addidit Bos*
1603 nec *lexit Bos*, n(un)c *P*
1604 sit *lexit Bos*, fit *P*
1605 confirmavit *lexit Bos*, 9firma(r)i *P*
1606 patentissi/ma *P*, *neglexit Bos*
1607 concessis *lexit Bos*, 9testis *P*
1608 q(uod) *P*, *expunxit Bos*
1609 sit *lexit Bos*, fit *P*
1610 p(rop)o(n)atur *P*, probatur *lexit Bos*

in sensu / vero, in quo auctores posuerunt eam in suis libris / et usus[1611] communis habet eam. Ex positis veris, ut auctores / ponunt, non sequitur aliquod falsum nec ergo illa conclusio, / cum sit falsa esse et numquam falsum ex veris, ut dictum est, sequitur. Quare igitur laborant, cum sciant istam esse / veram quae antecedit, quia auctores eam veram / posuerunt; et sciant conclusionem falsam esse; et nunquam / falsum ex veris, ut dictum est, posse concludi no/scant[1612]. **[]** Si dixerint quod non ex eo sensu, quo / auctores posuerunt eam, conclusio infertur, sed ex a/lio, in quo falsa est illa quae dicit

si Socrates est homo, Socrates / non est lapis,

sequitur conclusio illa, suum ~~inde~~[1613] mendacium / protegere non possunt; sed apparet manifesto[1614] quod, / non auctoritate vel ratione, sed eorum falsa **[98ra]** positione ~~esse <causam[1615] quare> in falsum istum[1616] distrahuntur~~[1617]. Dicunt / namque alium esse sensum illius propositionis

si Socrates est / homo, Socrates non est lapis

quam ille quem[1618] auctores / habuerunt in ea, cum auctores numquam / in falso sensu eam posuerunt. Unde igitur habet sensum / auctorum illum falsum nisi ex sua falsa / positione? Si vero licet eis positionem fi<n>gere[1619] et sen/sus, quos volunt, in propositionibus eis concedere licet. / Unde, quia falsum illum sensum

si Socrates est homo, Socrates / non est lapis,

quem etiam ipsi exponere[1620] nesciunt, <neque>[1621] ex / auctoritate neque ratione, sed solum <ex>[1622] falsa eorum / positione <quam>[1623] habebant, non solum <non>[1624] imitandi sed <etiam>[1625] au/diendi non sunt.

1611 usus *P*, versus *lexit Bos*
1612 noscant *correxi*, na/scatur *P*, vel scitur *lexit Bos*
1613 in(de) *P*, *neglexit Bos*
1614 manifesto *correxit Bos*, ma(n)ifesta *P*
1615 <causam quare> *addidit Bos*
1616 istum *lexit Bos*, istu(d) *P*
1617 distrahuntur *correxit Bos*, disiung(un)t *P*
1618 quem *correxit Bos*, qua(m) *P*
1619 fi<n>gere *correxit Bos*, fig(er)e *P*
1620 exponere *correxit Bos*, expo(s)itio(n)e(m) *P*
1621 <neque> *addidit Bos*
1622 <ex> *addidit Bos*
1623 <quam> *addidi*
1624 <non> *addidit Bos*
1625 <etiam> *addidit Bos*

Aliter[1626] quoque fallaciam illam eandem propositionem <magister> / P<etrus> falsam esse probare contendit, dicens:

Si Socrates est homo, / Socrates <non>[1627] est lapis

si istam concedant, oportet concedi pa/rem eius, quae falsa demonstrabitur, scilicet

si Socrates est lapis, / Socrates non est homo.

Sed, quod ista falsa sit, in hoc modo probat. <In[1628] hac> /

si Socrates est lapis,

lapis praedicatur de Socrate. Et, si lapis praedicatur de / Socrate, aut est maior Socrate aut par. Et si maior est vel / par, non erit tunc verum dicere[1629]

Socrates est lapis,

sed[1630] lapis est / lapis,

quia ex quo pars esset lapidis vel par, So(crates) / non esset[1631], immo non-Socrates, immo lapis. Unde / opponens[1632] dicebat ad[1633] hoc <quod>[1634] ista propositio sit vera 'Socrates est / lapis', <oportet>[1635] quod Socrates maneat[1636] Socrates et lapis lapis. Si vero, ut / dictum est, Socrates transiret in esse lapidis, non esset / postea verum dicere aliquid de Socrate quod ipsum esset, nec quod / ipse esset lapis vel aliud aliquid, cum omnino tunc non esset. / Statim enim quod Socrates in substantiam lapidis transiret, de/sinet <esse>[1637] Socrates; unde non esset verum dicere 'Socrates est lapis', / sed 'lapis est lapis'. Quare, cum manifestum videatur / esse probatum secundum M(agistrum) P(etrum) quod ad hoc <quod>[1638] ista propositio vera sit, / scilicet 'Socrates est lapis', oportet quod Socrates maneat Socrates / et lapis lapis, non sequitur

---

1626 aliter *correxit Bos*, Alie *P*

1627 <non> *addidi*

1628 <in hac> *addidit Bos*

1629 dicere + <si> *addidit Bos*

1630 sed *correxi*, so(crates) *P et Bos*

1631 esset, immo non-Socrates, immo lapis *correxi*, e(ss)et (et) anno in(de) so(crates) imo lapidis *P*, manet in esse veri Socratis, immo lapidis *correxit Bos*

1632 opponens *correxit Bos*, opponere *P*

affirmationem et negationem. Nam similiter ad hanc / affirmationem ‘homo est iniustus’ sequitur necessario haec negatio ‘homo non est / iustus’, sed non convertitur[1830]; `et´ ad[1831] ‘homo est iustus[1832]’ / sequitur necessaro haec negatio ‘homo non est in/iustus’, sed non convertitur; quia rebus non existenti/bus fallit talis consequentia[1833]. **[] Duae vero minime**, quia inter **|85ra|** illas de finito[1834] subiecto et inter illas de infinito nulla / consequentia[1835] habetur[1836] nec[1837] potest haberi.

Tertio[1838] expontiur sic eadem littera. / [habent] **Duae** scilicet quae `sunt´ de infinito praedicato **haben`t´ se ad affirmationem / et negationem** id est continent sensum affirmationis et negationis, id est possunt / exponi affirmative et negative. Namque ista, scilicet ‘homo est / non iustus’, duos sensus habet. Quorum unus est hominem esse / rem quae[1839] non est iusta, et hic est affirmationis; et alius est hominem non esse iustum, / et hoc est negationis. Similiter et haec ‘homo non est non iustus’ duos[1840] sen/sus habet. Quorum unus est hominem esse iustum, et hic est affirmationis; et / alius est hominem non esse rem quae non est iusta, et hic negationis. Et ita / etiam istae duae ‘non homo non est iustus’ ‘non homo non est non iustus’ unum sensum / affirmationis et alium negaitonis[1841] habent. **[]** Et hoc **secundum consequentiam**[1842] **ut**[1843] **priva/tiones** id est ad similitudinem privationis, quae similiter / possunt exponi affirmative et negative. Non tamen omnes, sed solae ne/gationes, sicut istae ‘homo non est iniustus’ et ‘non est non homo iniustus’. / Haec ‘<homo> non est iniustus’ habet unum sensum affirmativum[1844], qui est huiusmodi, scilicet / quod est homo iustus (sic enim volunt[1845] aliqui,

---

1830 convertitur] 9u(er). *A*
1831 ad + [h(oc)] *A*
1832 iustus] `i(n)´i(us)tus *A*
1833 consequentia] 9s()ntia *A*
1834 finito] [if]finito *A*
1835 consequentia] 9sentia *A*
1836 habetur] h(abe)t *A*
1837 nec] u(er)o *a.c. A*
1838 Tertio] Tereio *A*
1839 quae] q(uem) *A*
1840 duos] [ad]duos *A*
1841 neg(ati)o(n)is] neg q(uae)mi(?) *a.c. A*
1842 consequentiam] 9s(e)ntia(m) *A*
1843 ut privationes] i(n) p(ri)ua/t(i)onem *A*
1844 affirmativum] aff’[a]m *A*
1845 volunt aliqui] uolentes aliq(uae) *A*

non[1846] tamen sapientem / significare solemus dicere quod non est insipiens sive stultus[1847]); et habet[1848] / alium[1849] negativum[1850], hunc scilicet quod homo non est id quod iniustum[1851] est. Ita et ista / 'non homo non est iniustus' unum sensum affirmativum[1852] et alterum nega/tivum[1853] habet. Similiter et omnes aliae negationes quae sunt privationem. Affirmatio vero / nunquam. Namque[1854] ista 'homo est iniustus' non habet nisi hunc sensum, scilicet / hominem esse iniustum, qui est affirmationis; non, ut quidam putant, / potest habere hunc negativum sensum, scilicet hominem non esse iustum[1855], / quia nunquam potest esse vera `nisi´ pro aliquo qui[1856] sit homo talis et qui possit / uti discretione[1857]. Nunquam enim potest vera esse pro[1858] puero / trium annorum sive pro infante. Sed verum est hominem non esse / iustum etiam pro puero. [] **Duae vero** oppositiones subaudit **mi/nime** scilicet continent affirmationem et negationem in sensu, quoniam / illae duae quae sunt de[1859] finito praedicato nequeunt exponi affirmative et / negative[1860], sed tantum affirmative.

19.3) H21, Paris Arsénal 910 f. 87rb-va

Ex eorum `vero´ quod Aristoteles ait[1861]: **Sed non si citharoedus est et bonus / et bonus cithareodus**(24.1), huiusmodi colligitur regula quod ubicumque est accidentalis[1862] / praedicatio, non sequitur ex aliquibus divisim praedicatis ipsa praedicari coniunctim. / Namque

---

1846 non tamen] n()te() *A*
1847 stultus] Sult(us) *A*
1848 habet + [no^{s}] *A*
1849 aliu(m)] alin(us) *a.c. A*
1850 negativum] negatun() *A*
1851 iniustum] i(n)i(us)tus *a.c. A*
1852 affirmativum] aff'[a]m *A*
1853 negativum] negati/t(ivu)m *A*
1854 Na(m)q(ue)] Na(m)q(uod) *a.c. A*
1855 iustum + [s(ecundum)(?)] *A*
1856 q(ui)] q(uo)d *a.c. A*
1857 discretione] dis[e]c(re)tione *A*
1858 pro puero] p(ro)posuero *a.c. A*
1859 d(e) finito] diffinito *a.c. A*
1860 negative] neg'^{o}ne (negatione) *a.c. A*
1861 ait] alt *A*
1862 accid(e)ntal(is) *i.m. dextr. add. et i.t.* a(n)i(m)al(is) *A*

accidentalis[1863] praedicatio est ubicumque aliqua duo vocabula / iunguntur in praedicatis[1864] quorum unum ex adiunctione[1865] alterius / assumit novam significationem quidem `quam´ per se[1866] nequit[1867] habere, / ut hic ‘Socrates est citharoedus bonus’. Hic enim ‘bonus’ assumat novam / significationem adiunctione[1868] citharoedi. Significat enim peritiam / citharizandi. ¶ Atque ideo[1869] non sequitur quod, quia praedicantur divisim / de aliquo ut cum dicitur ‘Socrates est citharoedus’ et ‘Socrates est bonus’, ideo praedicetur con/iunctim ut[1870] unum de eodem hoc modo ‘Socrates est bonus citharoedus’. / **[]** Nota etiam accidentalem praedicationem esse ubicumque aliquo voca/bulum ex subiecto contrahit novam significationem, ut cum dicitur ‘quidam / dux est bonus’. Hic[1871] enim ‘bonus’ significat non bonitatem in moribus / quam proprie significare `habet´, sed valet in ducatu. Unde ex his duabus / propositionibus ‘quidam dux est bonus’ ‘sed nullus homo est bonus’ non sequitur / ista ‘quidam dux non est homo’.

Et attende quod 𝕞. ℙ. non vult / hic Aristotelem ostendere[1872] quae[1873] praedicata divisim inde[1874] praedicentur[1875] / coniunctim et quae non, sed simpliciter et sine omni consecutione quae / praedicata[1876] divisim habeant praedicari coniunctim et quae non. **[]** Sed, secundum / eum, Aristoteles stultus repuandus est. Nam, cum deberet exem/plificare de his quae praedicantur[1877] divisim et non coniunctim, non bene / exemplificat de eis per ‘citharoedus[1878]’ et ‘bonus[1879]’, cum ‘bonus[1880]’ et

---

1863 accidentalis] accentalis *A*
1864 p(praedica)$^{\text{tis}}$] p(rae)t(er)ita *a.c. A*
1865 adiunctione] adiunctione(m) *A*
1866 se + [s(ecundum)] *A*
1867 nequit] neq(ui)d *A*
1868 adiunctione] adiunct(i)one[(m)] *A*
1869 i(de)o] o()o(?) *a.c. A*
1870 ut] (et) *a.c. A*
1871 Hic + [eue(?)] *A*
1872 ostendere] ost(e)nd’ *A*
1873 quae] q(uem) *A*
1874 in(de)] tam(en) *a.c. A*
1875 p(rae)dicentur] p(rae)ponitur *a.c. A*
1876 praedicata] p(rae)dicta *A*
1877 p(raedica)n(tu)r] pnn *a.c. A*
1878 citharoedus] cithara *A*
1879 bonus] bo *p.c. et* be *a.c. A*
1880 bon(us)] bonis *a.c. A*

‘citha/roedus’ divisim et coniunctim de eodem praedicari habent[1881]. Est enim verum / de isto quod ipse `est´ bonus, quia valet in[1882] moribus; et verum / quod ipse est citharoedus, quia scit[1883] citharizare; et quod bonus / citharoedus, quia scit bene citharizare. **[]** Dicimus ergo quia Aristoteles / voluit simpliciter ostendere quae praedicata divisim `inde´ praedicentur /[1884] coniunctim, scilicet[1885] ex quibus divisim praedicatis consequatur ea praedicari / coniunctim; et ex quibus non. `Et´ ita non est culpandus Aristoteles in dandis / exemplis. Bene enim exemplificat per ‘bonus[1886]’ et ‘citha/roedus’ de his, quae non praedicantur coniunctim inde [quod] praedicantur divi/sim. Nam, licet ‘bonus’ ‘citharoedus’ divisim et coniun/ctim de eodem praedicentur, ut post ostensum est; tamen non est / verum tale argumentum ‘si bonus et citharoedus praedicantur / de aliquo divisim, tunc de eodem coniunctim’. Et huic solummodo **l87val** argumento Aristoteles plane demonstrat se contradicere, dum / dicit: **Sed non si citharoedus** etc(24.1). Non autem bonum / et citharoedum praedicari coniunctim, quia falsum consti/tueret.

* * * * * * * * *

20) B17, Paris Arsénal 910 f. 91vb

¶ C u i p a r t i p h i l o s o p h i a e s u p p o n a t u r , quaeritur. Duae sunt partes logicae: / scientia inveniendi et sicentia iudicandi. Inveniendi et iudicandi / non solum de arg(umen)tis, sed de c(ommu)nibus quaecumque ad disputationes sive ad / sc(ienti)as sunt nec(essar)ia. Logicae enim species est rhetorica disciplina. / **[]** Scientia ergo inveniendi est scientia inveniendi definitiones, divisiones, / arg(men)ta, argumentationes, dialecticas interrogationes, etc, quae in diale/cticis disputationibus vel demonstrativis vel sophisticis vel ~~in ca(us)is~~ / sunt necessaria. Harum congrue invenire disputationem et congrue ~~memoriae~~ / locos, et verba congrua ad horum omnium explicationem. **[]** Scientia autem iudican/di est et scientia iudicandi de argumentis utrum sint

---

1881 habent] habent[iu(m)] *A*
1882 in + [bonis] *A*
1883 scit] sit *A*
1884 praedicentur / + [s(ed)] *A*
1885 s(cilicet)] S(ed) *a.c. A*
1886 bon(us)] bonis *a.c. A*

verisimilia[1887] et non vera, / an sint probabilia et necessaria, et de argumentationibus utrum fiant per syllogismum / an per entymema an per inductionem, et utrum disputatio sit de/monstrativa an dialectica an temprativa an sophistica, et utrum c(aus)a de/monstrativa an iudicialis, quae est eius const(ituti)o et omnia communia eorum quae vel ad / dispositiones vel ad causas valeas omnium nostrorum discretio ad scientiam pertinet / indicandi.

¶ Tullius rhetoricam facultatem in .v. species di/visit, sed in unaquaeque earum et iudicium et inventio continetur. Sed omnes illae / in dialectica eodem modo possunt assignari. Neque enim minus necessaria / ad dialecticam scientiam disputandi quam ad oratoriam falultatem. Quodcum/que enim sit evidens ratio et firma, si praeviderit ille quod respondet aliquo modo / semper, aut indirecte respondendo aut aliquo alio modo[1888], sic et ~~ince~~ / vel prius. Liber ergo iste inventioni subiectus est, quia copiam argumentationum demonstra/re[1889] intendit.

M. p. dicit logicam esse rationem disserendi, non scientiam qua sci/mus disserere, sed qua discernere scimus ea quibus desserimus, id est qua cognoscimus / vires argumentorum. Non est enim ex logica scire quod ex hac[1890] propositione 'Socrates est / homo mortuus' non sequatur 'est homo', sed ex hac 'homo <est> albus' sequatur 'est homo'; sed hoc ad rati/o<ci>nativam scientiam pertinet. Scire autem quare ita sit, loci est. C(aus)as enim / cognoscere ph(ilosopho)rum est. Unde ille egregius versu utator felix, qui potuit / rerum cognoscere c(aus)as. Discretam habet inventionem, id est scientiam inducendi ar/gumenta, priora ad propositam quaestionem[1891], et iudicium, id est scientiam probandi illa / argumenta vel probandi ea.

Unde etiam logica duas partes dicitur habere, unam / inveniendi, alteram iudicandi; unam ad com(mu)nes quod adiunctionibus[1892] / posteriorum. Liber ergo Topicorum suppon<itu>r inventioni, quia maxime iuvat / inventionem. Monstrat enim originem argumentorum priorum et quomodo ex locis trahan/tur. Et, quamvis quidem ex locis quod inponuntur sit iudicii et possint etiam ar/gumenta probare, non quia ipsa probant, sed quia ex eis oriuntur argumenta, ideo hic trahant ut[1893]

1887 verisimilia] u(er)a sl'ia *A*
1888 modo + [se(m)p(er)] *A*
1889 demonstrare] demonst(ra)/[cio]re *A*
1890 hac + [h(om)o] *A*
1891 quaestionem] q(uaesti)on(um) *A*
1892 adiunctionibus + [ar] *A*
1893 *cetera desunt*.

* * * * * * * * *

21.1) C16, Paris Arsénal 910 ff. 145va-146ra

Eorum vero quae sunt etc(49.10). Quoniam in duobus tota praedi/camentorum versatur doctrina, i.e. ut sciamus quae de quibus praedicari habeant vel quae non, / ostenso quod secundae praedicantur de primis; et quomodo ostendit quae de quibus praedicari non possint, / scil. ea quae in eis sunt de eis <subiectis> praedicari non possunt. Ubi enim dicitur quod eorum ratio de / subiecto praedicari non possit, manifeste ostendit quod nec ipsa praedicari possunt / de eis.

Sed, quia saepe intercidit aequivocatio, ita ut idem nomen aequivoce significet / substantiam et ipsam rem quae est in subiecto ut 'album' et 'triangulum'. Unde Porphyrius (*Isag*. 8.21-22) **|145vb|** "album speciem coloris, triangulum figurae" dicit, quod nomen idem eorum potest / praedicari aliquando de ipso subiecto.

Sunt autem quidam, quorum sententiae fere omnes consenti/re solebant, qui dicunt per hoc nomen 'album' idem significari, cum dicitur album pro al/bedine et pro re alba; secundum quos idem praedicatur cum dicitur 'hoc est album' et 'hoc est albedo'. **[]** Et / hii dicunt quoniam fere omnia, quae in subiecto sunt, nomine praedicantur de subiecto et non ratione / substantiae. Cum enim sit albedo species <coloris>, praedicatur de subiecto, in quo est, nomine solo, quia cum habeat / rationem substantiae hanc, scil. 'color faciens album', hac non potest praedicari de subiecto in quo est. / **[]** Quod autem dicitur hic **in pluribus neque nomen neque ratio praedicatur**, ideo dictum est, secundum eos, quoniam sunt / quaedam in primis substantiis ut in subiectis, quae de eis non praedicantur, ut sunt ea, / quae per alia de quibus praedicantur, sunt in eis; ut est claritas unde albedo clara / dicitur, ut est contrarietas, quorum praedicatio non potest venire usque ad subiectum (non / enim dicitur 'homo est clarus' vel 'contrarius'); et ceterae proprietates quae sunt in eis, non quia acci/dant eis, sed quia sunt in proprietatibus ipsarum. Ideoque dictum est quoniam in pluribus / nec nomen praedicatur nec ratio. **[]** In aliquibus autem nomen [quod] `nihil´ prohibet praedicari, i.e. in illis / quae sunt proprietates substantiarum quarum sunt nomina sumpta, quae praedicantur de subiectis; / sed ratio nunquam potest praedicari. Qui[1894] opponunt quod ratio albi praedicatur cum dicitur 'corpus est album, est / ergo coloratum albedine'.

[1894] Qui] Q(uo)d *A*

Dicunt non esse rationem substantiae, cum in substantia non praedicatur. /

Quae omnia plena sunt falsitate. Sed nos concedimus quod nulla, quae sint in subiecto, / praedicantur de subiecto, in quo sunt, nomine suo, nisi sit aequivocatio in nomine, ut dictum est.

Litterae / sic legitur. **Eorum vero quae sunt in subiecto** etc, q.d. eorum, quae dicuntur de subiecto, nomen et ratio / praedicatur; sed eorum, quae sunt in subiecto, nec nomen nec ratio praedicatur de subiecto nisi sit aequivocatio. /

... ...

Ratio vero albi(49.15). / Dico quod nomen albedinis praedicatur de subiecto, sed in alia significatione; **sed / ratio albi**, i.e. albedinis, non praedicatur, immo abnegatur universaliter ab eo. /

¶ Haec ante Alberici tempus[1895] omnium erat opinio, quam ipse condempnavit, / hoc modo. Si est, inquit[1896], `idem´ universale quod praedicatur cum dicitur 'hoc est albedo' et 'est hoc album', pri/mo auctoritas omnis mendax est, secundo loco rationem c`r´edendum non erit. / **[]** Habet `enim´ auctoritas Aristotelis non idem esse caecitatem et caecum esse, quoniam de eodem / non praedicantur, quia si unum essent cum dicitur 'hoc est caecum', caecitas praedicaretur. / Habemus etiam quod Aristoteles hoc loco eorum rationem, quae in subiecto sunt, de eo non / posse praedicari affirmat. Quare etiam aut Ar(istoteli) hic contradicent; aut rationem nega/bunt esse aequalem suo definito, quia non praedicetur de quocumque et illud; / aut ea, quae in subiecto sunt, de eo[1897] non praedicantur, quod verius esse putamus. / His aliisque modis eorum infirmatur sententia. **[]** Ratio quoque eis est contraria / quae dicit opposita generalissima de eodem praedicari non posse. Et iterum contra / eos est quod idem ad sui ipsius positionem removeatur, ut cum / dicitur 'si quid est albedo, ipsum non est album', et idem a se cum dicitur 'nul/la albedo est alba' et e converso 'nullum album est albedo'. Hoc et **|146ra|** alia multa inconvenientia sequuntur.

Ideo nos Aristotelem sequentes di/cimus eorum, quae sunt in subiecto, in pluribus neque nomen praedicari de subiecto neque / rationem. Quod secundm eos in perpaucis, secundum nos in pluribus. Nunquam nomen rei, quae est in / subiecto, de subiecto dicitur, nisi sit nomen aequivocum ad subiectum [ad subiectum] / et ad proprietatem subiecti, quod

---

1895 tempus] tenp(us) *A*
1896 inquit] in q(ui)d *A*
1897 eo] æo *A*

raro invenitur. In aliquibus tamen nihil / prohibet aliquando. Tenue hoc dicitur[1898] et non affirmando, quia ex temporum / diversitate aequivocatio ita deleri potest ab usu, vel fortassis est linqua / aliqua in qua non est aequivocatio talis, et quia non est quod exigit sed vel / casu vel consilio transfertur ad alterum ab uno.

Sed de exem/plo sic `sub´posito, i.e. de eo quod dictum est, ut album dicitur de corpore, nec[1899] / sic intelligatur: nomen albedinis non erit idem quod hic quod dicitur, / et quod dictum est ab Ar(istotelis) in graeco. Aliud enim est dicere 'hoc nomen "al/bum" praedicatur de corpore' quam dicere de eius aequipollenti in graeco, quod / ipsum praedicetur de corpore. Posset enim esse quod hoc nomen sit et illud / non, sicut in libro Porphyrii dictum est de divisione illa aequivocae vo/cis, ubi diversas significationes huius nominis 'genus' ostendit, ut ibi "Vi/detur neque genus neque species sinpliciter dici (*Isag*. 6.1)". Totum illud capi/tulum usque ad "Tripliciter cum dicatur genus etc (*Isag*. 6.25)", dicimus B(oethium) apposu/isse, non Por(phyrium). Neque enim illud novit si latinam linguam ig/noravit. Hic et eodem modo. Sed non est inconveniens, si translationem / non tenuit. Si enim illud idem B(oethius) docuisset, nihil latinos do/cuisset. Ideoque, sicut ille in graeco graecos docuit de graeco nomine, sic / in latino latinos de [grae] latino nomine. Nihil autem fecisset, lo/quens de graeco nomine.

21.2) C16, Paris Arsénal 910 f. 146va

Solae enim hae indicant etc(50.15). Q.d. vere sunt secundae substantiae solae, quia solae[1900] in/dicant primam. Locus a pari. Paria enim sunt dici secundam substantiam et in/dicare primam. Regulae duae dantur: De quocumque unum etc; et ita si genus et species / indicant principalem substantiam, et sunt secundae. Alia: A quocumque unum etc; et ita / si nulla alia indicant primam, nullae aliae sunt secundae, quia omnes propositiones in / quibus 'solum' ponitur ~~vel aliud~~ vel 'tantum', non unae sunt sed multiplices. Quod osten/dit supra posita duplex propositio, quae dicit quod ipsa ostendunt et nulla alia. Per / hoc quod dicit genera et species indicant primas.

Dicit m. P. genera et species esse vo/ces. Voces enim indicant, sed res indicatur. Nos autem dicimus **indicant** / i.e. praedicatione illorum

---

[1898] dicitur] dic(it) *A*

[1899] nec] n° *A*

[1900] solae] sola(m) *A*

indicantur primae.

21.3) C16, Paris Arsénal 910 f. 147ra

Non nos conturbent etc(51.17). Osten/dit esse communem omnibus substantiis et differentiis non esse in subiecto. Unde forsitan contur/baretur aliquis per partes substantiarum, quae ita videntur esse in toto ut / in subiecto, quia inde[1901] sequeretur eas non esse substantias, cum nulla sit in subiecto; / vel sequeretur quod non omnis substantia in subiecto non est. Quod ita dicit: **Non nos vero**, / quasi dicat: Dixi quod commune est omni substantiae non esse in subiecto. Unde forsitan contur/baremur quod partes substantiarum, quae sunt substantiae videntur, esse in toto suo / ut in subiecto. Sed **non conturbent**[1902] **nos** etc.

M. Al. dicit hic quia substantiae par/tes sunt substantiae, non quod sint res per se existentes, id est res discretae numero / et proprietate ab aliis rebus; sed quia nec sunt in subiecto nec assistunt / subiecto. Et ideo dicuntur substantiae. Si[1903] autem diceremus ipsas esse res discretas / numero et proprietate[1904], tunc non essent partes totius; et qui videret unam su/bstantiam, videret plures, quod esset inconveniens.

* * * * * * * * *

22.1) C20, Paris Arsénal 910 f. 147rb,
cf. 25.1 below

¶ Ut ait Boethius in commento, i n t e n t i o Aristotelis in hoc opere de decem primis vocibus / decem rerum genera significantibus in eo quod res significant disputare, i.e. earum significationem et rerum / naturam subiectarum aperire. **[]** In quibusdam commentis habetur ‘decem vocibus’, in quibusdam non; sed melius est, / ut dicitur ma(gistro), quod ibi non habeatur ‘decem’, ut sit doctrina generalior, et quia etiam non / sunt decem voces quae decem rerum genera [rerum] significent, immo penuria vocabulorum est in aliis / praedicamentis a prioribus quatuor.

22.2) C20, Paris Arsénal 910 f. 147va,

1901 inde] in *A*
1902 conturbent] 9trub(et) *A*
1903 Si] s(ed) *A*
1904 proprietate] p(ropri)etate[s] *A*

cf. 25.2 below

¶ C u i p a r t i l o g i c a e s u p p o n a t u r / liber iste, quaeritur, scilicet inventioni an iudicio. Dicunt quidam, ut Roscelinus, / quod liber iste iudicandi scientiae supponitur, quia liber iste tendit ad / Perhier(menias) et Perhier(meniae) tendunt ad Analytica, qui liber est Resolutorius. / M. p. dicit quia supponitur scientiae inveniendi. Sed nos dicimus quod neutri / illarum magis quam utrique supponitur, sed aeque utrisque. Scire enim quae / de quibus habeant praedicari et quae a quibus removeri, valet ad inventi/onem argumentorum et iudicium.

22.3) C20, Paris Arsénal 910 f. 148rb-va, among the discussion of the *lemma*: **Denominativa dicuntur**(47.19)

[0] In hoc loco Boethius[1905] duas ponit regulas, has scilicet: 'quicquid <participat> nomine, et re' / et 'quicquid participat re, et nomine'.

[1] Sed ad hoc opponitur[1906] quod unitas una dicitur et acci/dentalitas accidens et potentia potens et alteratio alterans et significatio significans / et specialitas species appellatur. Quae omnia, cum denominativis participent nominibus, re / tamen non participant propter incon(veniens) infinitatis quod sequeretur. Nam, cum unitas / omnis una dicatur, et si ideo participaret unitate aliqua, quae esset / in ipsa et diversa a se, cum se ipsa non possit participare, nullus iam inveni/retur unitatum ter(mi)us, et fieret progressus in infinitum. [] Quare sic est regula determi/nanda. Quaecumque diversa a re participant nomine denominative sumpto a re / illa, ipsa participant re. Et sic soluta est obiectio, quia de superioribus non est / data regula. [] Vel aliter. Cum dicitur 'unitas est una', illud 'una' non sumptum ab unitate, / sed a causa unitatis vel ab effectu. Dicitur enim 'una' quia unum secundum illam aliquid dicitur. Sic / autem non est in aliis. Non enim ideo dicitur homo unus.

Volunt autem <quidam> probare quod in unitatibus / sunt aliae unitates. Cum enim dico 'istae unitates sunt duae', ibi praedicatur nomen sumptum / a binario. Et de quibuscumque potest dici quod sint duo, oportet quod in ipsis sit binarius. / Quare et in his unitatibus est binarius.

[1905] inC 167D14-168A2: Atque ideo quotiescumque aliqua res alia participat, ipsa participatione sicut rem, ita quoque nomen adipiscitur, ...

[1906] oppon(itu)r] appon(itu)r *a.c. A*

Et sic duae unitates, quae sunt partes eius, / quia undecumque absunt partes, et totum. **[]** Ad hoc dicit magister quod non est verum quod de quibus/cumque dicitur quod sint duo, quod in illis sit binarius, quia cum dico 'istae duae unitates / sunt duo', tantumdem valet quantum si diceretur 'res, quae illis participant, duae / sunt', et non praedicatur idem quod 'Socrates et Plato sunt duo'. Similiter, cum dico 'hoc est universale unum', non praedicatur ibi / sumptum ab unitate; et tamen idem intellectus constituitur, cum dico 'hoc est universale unum' / et 'hoc est homo unus' per 'unum'. Unde potest dici quod praedicatur idem, non tamen ibi est sumptum[1907] ab unil**148val**tate. Similiter dicitur 'denarius est numerus unus' 'Socrates est[1908] homo unus', idem per 'unus' intelligitur / hic et ibi. Est autem ibi sumptus ab unitate quae est in Socrate, hic autem non. Quod / enim unitas sit in centenario vel millenario, non est verum. Dicitur / autem 'numerus unus', quia secundum ipsum fit una assignatio. **[]** Vel in omnibus praedictis potest / dici quod praedicantur diversa, nec unquam debet dici unitas esse nisi in / substantiis individuis[1909] et in quibusdam accidentibus ipsarum quae insunt individuis[1910].

Dicit etiam / magister quod in usu est quod dicatur '~~pl(er)us~~ unus' 'scientia una' '~~unum est / ex placito hominum~~' et cetera huiusmodi. Quod autem 'homo unus' ex natura.

Nota quia / etiam unum pro discreto accipitur, ut hic 'omne, quod est, unum est'. Item 'illud, quod / dicitur deus, omnia creavit'. Huic simile est regulae. Est enim sensus: deus omnia creavit / a se diversa.

[2] Opponitur item quod homo dicitur montanus vel cappatus. Cum enim nomine / participet, oportet et re participet, monte scilicet vel cappa. **[]** Ad quod / dicimus quod haec nomina 'montanus' et 'cappatus' non sunt denominativa, quia res, quae / est in subiecto <et> unde homo dicitur cappatus vel montanus, non habet nomen. Quare non necesse est / quod, si aliquis participat hoc nomine, ipsum et re participet[1911]. Hoc enim dic/tum est de nominibus denominative sumptis. **[]** Vel potest dici quod homo participat re, / habitu scilicet montis, qui est quaedam qualitas; similiter habitu cappae parti(cipat). /

[3.1] Item ad hanc regulam 'quicquid participat re, et nomine' obicitur quod pica par(ticipat) / albedine et nigredine, unde oportet quod

---

1907 sumptum] supt(um) *A*
1908 est homo] h(oc) ÷ *A*
1909 individuis] indiu()s(?) *A*
1910 individuis] indu()s *A*
1911 participet] participare *A*

dicatur alba et nigra. **[]** Quare / sic est determinanda: Quicquid participat re ut forma, partici(pat) / nomine. Sed pica non participat albedine vel nigredine ut forma, quia par/ticipare re ut forma est ita participare ut secundum illud dicatur / subiectum quale, sed pica non dicitur qualis secundum albedinem vel nigredinem, immo secundum / medium colorem. Non enim hic 'pica est alba et nigra' praedicantur illa duo opposita, / sed tantumdem valet locutio ac si dicrem 'est medio colore colorata'.

[3.2] Quaeritur ergo / quid in illa propositione praedicatur per hoc nomen 'album' vel quid significet<ur>, et per hoc nomen / 'nigrum'. **[]** Ad hoc dicit ma. Al., quia ibi significat quod habet significare, scilicet albedinem[1912] et / nigredinem similiter, et faciunt etiam ibi intelligi; non tamen illa duo praedicari, sed / tertium quod fit quasi ex illis. Cum enim illa locutione intelligamus illud universale, scilicet / album, convenire alicui, et postea eadem aliud oppositum praedicetur de eodem; / intelligimus[1913] illa duo non posse simul uni convenire, et ideo per illa duo / nomina praedicari[1914] aliud universale quam illa duo. Confugit enim intellectus ad coloratum co/lore medio. **[]** Et est ibi oppositio in adiecto, quia talia sunt in praedicato / quae in propria significatione sunt opposita, praedicantur tamen ibi duo, ex quibus fit unum, scilicet / hoc universale 'coloratum' et haec eius pars 'coloratum colore medio'. Sed, quia significatur / ibi talibus terminis quae in propria significatione sunt opp(osit)i, et quos per se dictos sequitur / contradictio, ideo dico ibi esse in adiecto opposita. **[]** Similiter, cum dico 'hoc cadaver est / homo mortuus', ibi retin(etu)r 'homo' in propria significatione, et significat ibi speciem; 'mor/tuum' vero illud accidens oppositum homini, non tamen ista duo praedicantur[1915], quia impos/sibile est quod eidem conveniant, sed quia videmus quod non possunt illa duo si/mul convenire, nec potest determinari qualitas hominis qui est res / existens, per 'mortuum' ideo intellectus noster relinquit[1916] illa duo, et videt / ibi praedicari haec res mortua humana, vel homini[1917] habens similitudinem cui[1918] / duo universalia non sunt opposita; sed, quae significantur per illos terminos, sunt opposita. /

* * * * * * * * *

1912 albedinem et nigredinem] illudide(m) (et) / nigr(um) *A*
1913 intelligimus] intell()ms *A*
1914 praedicari] p(raedicatu)r *A*
1915 praedicantur] p(rae)dicat(um) *seu* p(rae)dica(n)t *A*
1916 relinquit] reli(n)qiud *A*
1917 homini] ho(min)is *A*
1918 cui] q(uae) *A*

23) H10, Paris Arsénal 910 f. 166vb, among the discussion of the definition of nouns, cf. 15.4) above

[0] Quaeritur quomodo 'significativum' exponatur. /

[1] Dicunt quidam quod sic intelligendum est: significativum, / id est institutum ad significandum. Nequeunt enim dicere / significativum, id est significans actu ipso. Est enim aliquid / significativum quod in actu nihil significat, ut nomen quod / profertur ab eo in quo non est aliquis intellectus.

[2.1] Eorum / tamen vitiosa est expositio, quoniam si per significativum intellexisset / Aristoteles quod praedictum est, manifestum est quod superflue addidis/set **secundum placitum**, quia verum est quod institutum est ad sig/nificandum ex sola voluntate et ex placito est insti/tutum. **[2.2]** Ex alio etiam patet quod sic vitiose exponunt, quoniam non / quicquid est significativum, est institutum ad significandum, / ut obliqui nominum, in quibus nulla fuit facta institutio. / In solis enim rectis significandi institutio fieri / debet, ut docet Boethius[1919]. Ait enim: Qui circo hoc no/men 'circus' imposuit[1920], ita dixisse videtur: ista / res appelletur 'circus'. **[2.3]** Et est aliquod nomen quod minime in/stitutum fuit. Verbi gratia: sit hoc nomen 'Petrus'. Rusticus `enim´ imposu/it nomen in Romana lingua ad significandum rem / quam hoc nomen Latinum 'Petrus' significat. Et ex illa hora hoc no/men 'Petrus' significativum est, nec tamen est institutum / a rustico nec ab alio. Rusticus enim Latinam non novit lin/guam.

[3] Non igitur est exponendum sicut praediximus 'significati/vum', `sed sic´: aptum significare `per se´. Unde nomen dicitur vox signi/ficativa, id est apta significare. Aptitudinem[1921] vero illam / habet ex institutione, vel quae facta sit in ipsa voce vel / in[1922] alia, ut hoc nomen 'Petri' et 'Petro' et 'Petrum' signi/ficare habet ex institutione grammaticorum et ex regu/lis eorum. Ait enim grammaticus omne proprium nomen terminatum / in '-us' moveatur per obliquos hoc modo et hoc, id est termi/net genitivum suum in '-i' et dativum in '-o' etc. / Et ex tali institutione quadam obliqua sunt significati/va. Quoddam vero rectum nomen, in quo non fuit facta insti/tutio, significativum est ex institutione

---

1919 *Ubinam?*

1920 imposuit + [****] *A*

1921 aptitudinem] aptitutide(m) *A*

1922 in] in *i.t. et s.l. add.* ex *A*

alia. Institutum / enim fuit quod omne nomen Romanum vertatur in Latinum / idem significans.

[4] Per hoc vero quod dictum est significativum, Aristoteles / innuit vocis hanc `divisionem´: vocum alia est significativa, / alia non.

==========

24) SE8

Mss: *P*: Paris lat. 4720A (*P*) ff. 10ra-17vb
U: Uppsala C.924, ff. 69rb-73rb

Edd.: Ebbesen & Iwakuma 1990, based only on *P*
Ebbesen 1996, based on *P* and *U*

Lit.: Iwakuma & Ebbesen 1992 #26

Proprius vero modus ducendi ad inopinabile est considerare (*P*, considerari *U*) ex quo genere sit qui disputat, scilicet an sit grammaticus an dialecticus et sic in aliis, vel cuius opinionem profiteatur. In qualibet enim opinione aliquid est quod aliarum professoribus (*P*, professionibus *U*) inopinabile videtur, veluti opinio Vocalium (*U*, opinalium *P*) est quod nulla res crescit et quod quilibet homo est id in quo nulla scientia est et nullus intellectus et nulla ratio. Qui vero magistri Adae opinionem tenent asserunt quod ad Socratem esse asinum sequitur Socratem esse regem. Comperto autem ex quo genere sit respondens, eius positio interroganda est. Respondenti vero commodum est ut dicat non accidere inopinaile propter orationem interrogantis sed propter positionem.

==========

25.1) C25, Wien VPL 2237 f. 27r

Cum ergo Aristoteles in hoc opere i n t e n d a t tractare de primis vocibus, non tamen de quibuslibet primis vocibus, quoniam / non intendit de his quae appellant et significant individua ut hoc nomen ‘Socrates’ et hoc nomen ‘Plato’ et huiusmodi, sed intendit de his quae appellant individua et / significant universalia. Sed, quoniam illorum alia significant species specialissimas et appellant individua, alia significant genera et / appellant individua, non de his quae significant species et appellant individua intendit[1923], sed de significantibus genera et appellantibus / individua. Sed non de omnibus talibus intendit, sed

---

[1923] intendit] in[d]tend(it) *W*

tantum de his quae significant decem rerum genera et appellant individua. Unde competenter / Boethius[1924] in Commento super hunc librum assignat intentionem Aristotelis, dicens: “De decem primis vocibus decem prima genera rerum significan/tibus in eo quod significantes sunt disputare”.

Magister noster Albericus[1925] dicit quod ‘primum decem’ non sit ponendum, cum dicitur “intentio / Aristotelis de primis decem etc”, quia si ponitur ibi, sequitur hoc: ergo intendit de aliquibus primis vocibus decem `genera´ rerum etc, ergo de aliquibus[1926] <decem> Latinis / vel de aliquibus decem Gallicis vel de aliquibus decem Graecis vel Anglicis vel aliis; sed nec de aliquibus Latinis vel Graecis vel Gallicis, sed intendit / de primis vocibus decem genera rerum etc. Unde dicit praedictus doctor quod, si inveniatur in aliquo commento, absolvendum sit. [] Ad hoc / dicimus quod ponendum sit ‘decem’, et hoc modo intelligendum: Intentio Aristotelis est de decem primis vocibus, id est[1927] de decem modis significandi, / quem modum significandi habent decem voces prima decem rerum genera significantes, quia sunt quaedam voces quae habent significare / decem genera rerum in quolibet genere linguae, in Latino et in Graeco et in quolibet. Sed quia sunt voces secundae impositionis, ad exclusionem / illarum dicit “primis”. Sed quia sunt voces primae impositionis ut hoc nomen ‘Socrates’ et huiusmodi, de quibus non intendit, ad exclusionem illarum dicit “genere”. / Sed quia sunt voces primae impositionis quae significant genera ut[1928] hoc genus ‘animal’ ut[1929] genera subalterna, de quibus non intendit, ideo dicit “decem prima genera / rerum significat”.

Quaeritur in hoc loco Boethius quare ponat “in eo quod significantes sunt disputare”. [] Et ibi disolvit, dicens quod[1930] et / grammatici et dialectici tractent de vocibus; secundum grammatici de vocibus agunt secundum quod inflectuntur per casus, dialectici vero trantant / de vocibus non sic, sed secundum significata vocum; ut ergo excluderet intentionem grammaticorum quam habent de vocibus, dixit “in eo quod / significantes sunt disputare”. [] Vel et aliter solvitur, quod ideo posuit “in eo quod significantes sunt disputare” ad exclusionem intentionis

---

1924 inC I, 159C11-15.
1925 Albericus] albⁱc(us) *W*
1926 aliquibus] alibus *a.c.* *W*
1927 id est] (et) *W*
1928 ut] et *a.c.* *W*
1929 ut] et *a.c.* *W*
1930 quod] quot *W*

/ quam habet Aristoteles in Periermeniis. In Periermeniis enim tractavit de prima significatione vocis secundum quod intellectus est[1931] in anima; in Praedicamentis / vero intendit de vocibus, id est de secundaria significatione vocis, secundum quod intellectus de rebus habetur. Ad exclusionem ergo praemissae intentionis / dixit "in eo quod significantes sunt", id est quod habent significare rem.

Cf. C20, Paris Arsénal 910 f. 143rb-va:

Visa / huius operis inscriptione, videnda est auctoris i n t e n t i o . / Quam Boethius assignat in commento supra Praedicamenta, verbis his[1932] / "Intentio est Aristotelis in hoc opere de primis vocibus decem prima re/rum genera significantibus in eo quod res significant disputa/re".

... ...

Sic igitur dicendum / est Aristotelem disputare de primis vocibus (dicunt quidam 'de de/cem primis vocibus', sed nusquam[1933] reperitur `hoc´ in commento) decem / prima rerum genera significantibus in eo quod res habent **l143val** significare.

... ...

Dictum est de / vocibus his Aristotelem agere in eo quod res significant. Non enim de / eis agitur, ut quomodo significent ostendatur vel quas / habeant vocum[1934] variationes, <id est> secundum casuum inflectiones / vel temporum consignificationes vel ut ostendatur quod habeant / se aliter; sed ut demonstretur quod habeant significare res.

25.2) C25, Wien VPL 2237 ff. 27v-28r,
Cf. 22.2) above

¶ Vidimus intentionem et materiam Aristotelis et libri. Restat videre p e r q u a m p a r t e m l o y c e n s u p p o / n a t u r .

Duae sunt itaque partes loycen secundum unam divisionem: inventio et iudicium. Tres vero secundum aliam divisionem, scilicet scientia / dividendi, colligendi, definiendi. Hanc autem divisionem ponit Boethius in Commento super Topica Marci Tulii[1935]. Et de scientia / colligendi addit quod[1936] scientia colligendi adiuncta sibi proba`bi´litate fit dialectica, adiuncta necessitate fit demon/strativa, adiuncta apparenti fit

---

1931 est] et *W*

1932 inC 160B9-12: sitque in praesens praedicamentorum intentio, quae superius est comprehensa, id est, de primis vocibus significantibus prima rerum genera, in eo quod significantes sunt, disputare

1933 nusquam] n()squa(m) *A*

1934 vocum] motuu(m) *A*

1935 *In Cic. Topica* I, 1045B9-C2.

1936 quod] q^{o}t *W*

sophistica. Cum igitur duae sunt partes loyces secundum unam divisionem et tres secundum aliam, videndum est per / quam partem supponatur liber iste loyces.

Sed primo videndum est quid sit aliquem librum supponi loyce per aliquam eius partem. Librum / ergo +aliquem[1937]+ supponi loycen per aliquam eius partem nihil aliud[1938] est quam partem illam vel aliquid[1939] [ad] cooperativum**[1940]** ad illam partem sibi cooperari**[1941]** per librum illum, / sicut liber Divisionum supponitur loyce per scientiam dividendi, quia illa scientia vel aliquid[1942] cooperativum ad illam scientiam[1943] cooperatur**[1944]** per**[1945]** illum / librum; et sic de ceteris. **[]** Liber itaque Praedicamentorum, ut placet nominalibus, supponitur loyce per scientiam iudicandi. Et hoc dicunt hac consideratione, / quia liber iste intro`duc´torius est ad librum Periermeniarum, liber vero Periermeniarum introductorius[1946] est ad librum Topicorum Aristotelis, qui om<n>ino supponitur / loyce per scientiam iudicandi, et ideo a primo ultimum: liber iste supponitur loyce per scientiam iudicandi. **[]** Sed magister / noster dicit quod aeque convenienter liber Praedicamentorum subponitur loyce per scientiam inveniendi et per scientiam iudicandi, quia iste / liber omnino modo cooperatur ad[1947] scientiam cognoscendi quae praedicata de quibus[1948] praedicatis habeant p(raedicari) <et> quae praedicata a quibus p(raedicatis) h(abeant) r(emoveri). Ubi enim dicit[1949] "quando / alterum de <altero praedicatur>, quicquid de praedicato, et de subiecto", cognoscitur per hoc praeceptum quae p(raedicata) d(e) q(uibus) p(raedicatis) praedicentur. Sed hoc aeque valet ad inven/tionem argumentorum ut valet ad iudicandum de illis. Subiungit etiam aliam regulam ibidem[1950], per quam scitur quae

---

1937 aliq(uem) *i.m. sinistr. add. W*
1938 aliud] aliut *W*
1939 aliquid] a$\dot{\text{i}}$t *W*
1940 cooperativum] 9p(ar)at(ivu)m *W*
1941 cooperari] 9p(ar)ari *W*
1942 aliquid] a$\dot{\text{i}}$t *W*
1943 scientiam] sn'am *W*
1944 cooperatur] 9p(ra)at(ur) *et supra* 9p *add.* coo- *W*
1945 per] ad *W*
1946 introductorius] int(ro)[c]ductori(us) *W*
1947 ad scientiam] a sc(ient)ia *W*
1948 de quibus + [d(e) q(ui)b(us)] *W*
1949 C-3, p. 48.8-9 (1b10-12).
1950 C-3, p. 48.13-14 (1b16-17).

p(raedicata) a[1951] q(uibus) p(raedicatis) remo/veantur, scilicet “diversorum et non subalternatim[1952] positorum etc”. Et aeque valet ad inveniendum <tantum> quantum ad iudicandum. Et ideo / liber iste per utramque partem supponitur loyce.

Vel possumus dicere quod supponitur per facultatem**[1953]** quae cooperatur**[1954]** per librum istum. Quaeritur per / quam facultatem supponatur. Videndum est ergo quid[1955] sit facultas et quid sit supponi aliquem librum loyce per aliquam **|28r|** `eius´ facultatem. **[]** Facultas igitur sic definitur: Facultas est facilitas facile quid[1956] faciendi ex arte provecta. Quatuor autem sunt facultates: dialectica, / demonstrativa, rhetorica, sophistica. Dialectica facultas est facilitas colligendi ex probabilibus et facultas sustinendi probabilem / positionem ita ut nihil dicat sibi repugnans neque probabilitati. Nota quod temptativa continetur sub dialectica facultate, quod innuit / Aristoteles in Topicis suis[1957], deserviens aeque dialectico et temptatori. Demonstrativa facultas est faci(litas) colligendi ex necessariis, id est secundum quae dantur / praecepta ab Aristoteli in Prioribus Analyticis, et fa(cultas) iudicandi de ne(cessariis). Sophistica facultas est facilitas soph(imati)zandi aliquid et faci<litas> / sustinendi positionem ut nihil contra eum agatur sophistice. Rhetorica facultas est facili(tas) persuadendi et dissuadendi[1958]. **[]** Librum aliquem / supponi loyce per aliquam eius facultatem nihil aliud est quam illam facultatem cooperari**[1959]** sibi per illum librum vel aliquid[1960] cooperativum[1961] / ad illam facultatem. **[]** Supponitur itaque liber iste principaliter dialecticae et demonstrativae facultati, quia utraque cooperatur**[1962]** per librum istum; / sed secundario supponitur rhetoricae et sophisticae facultati.

* * * * * * * * *

1951 a] d. *W*
1952 subalt(er)nati(m)] subalt(er)nor(um) *a.c. W*
1953 facultatem] sci(enti)am *W*
1954 cooperatur] 9p(ar)at(us)
1955 quid] quit *W*
1956 quid] q^{i}t *W*
1957 *Ubi?*
1958 dissuadendi] dissvvad(e)ndi *W*
1959 cooperari] 9p(ar)are *W*
1960 aliquid] a^{i}t*W*
1961 cooperativum] coop(er)at’um *W*
1962 cooperatur per] 9p(ar)at(ur) ad *W*

26) *Sententia*, Wien VPL 2237 f. 31r, the whole text

DE SENTENTIA MAGISTRI NOSTRI ALBERICI[1963]

[1] Circa nostram sententiam dicendum `est´ / quod positio est, ut ait Aristoteles[1964], extranea opinio alicuius notorum secundum philosophiam. Unde sciendum est quod principales nostrae sententiae positiones / sunt quatuordecim, quarum quinque consistunt in hypotheticis, novem in categoricis.

[2.1] Prima in hypotheticis est positio, quod **implicita propositio non sequitur ad explicitam**. Unde negamus / hanc consequentiam: *Si Antichristus est homo, Antichristus est id quod est homo*, et omnes huiusmodi.

[2.2] Secunda est quod **ex falsa aliquid sequitur**, ut *si Socrates est asinus, Socrates est animal* vel *Socrates est irrationalis*. /

[2.3] Tertia est quod **ex impossibili aliquid**[1965] **sequitur**, sed non quidlibet[1966], ut *si Socrates est asinus, Socrates est rudibilis*, sed non sequitur *si Socrates est asinus, Socrates est episcopus* vel *lapis*.

[2.4] Quarta est quod **ex affirmativa / sequitur negativa**, ut in oppositis vel mediatis vel inmediatis, ut si Socrates est albus, Socrates non est niger; si Socrates est homo, Socrates non est lapis; si est sanus, non est aeger. /

[2.5] Quinta est quod **ex negativa sequitur affirmativa**, ut immediatis circa susceptibile eorum, ut si[1967] Socrates non est sanus, est aeger, vel si non est aeger, est sanus, et haec est / vera dum Socrates est.

[3.1] ¶ Prima in categoricis est nostrae sententiae positio quod **nullum animal est rationale vel irrationale**. Habemus enim pro generali quod omnis categorica de disiuncto est falsa / praedicato, si talia disiungantur in praedicato quorum communicatio non potest fieri in subiecto circa subiectum. Et ita intelligamus illam: nullum animal est rationale vel / irrationale, id est nullum quod est rationale potest esse irrationale.

[3.2] Secunda positio quod congrue et vere dicitur '**omnis phoenix est animal**'.

1963 Alberici] alb^{i}ci, *et i.m. addidit* Sancti spiritus assit nobis gr«atia» *W*

1964 *Arist. Top.* I-11, p. 17.17-18, 104b19-20.

1965 aliquid] a^{t} *W*

1966 quidlibet] q^{i}tlib(et) *W*

1967 si] so *a.c. W*

[3.3] Ter<tia> est quod **omnis definitio praedicatur de pluribus**; / et quod omnis definitio est individuum, non tamen aliquod individuum praedicatur de pluribus.

[3.4] Quarta est quod[1968] **omnis syllogismus est propositio et est argumentatio**.

[3.5] Quinta est / quod **convenienter et vere dicitur 'Marcus et Tullius sunt', Marco existente**; sed Marco non existente, incongrue dicitur.

[3.6] Sexta est quod **hoc nomen 'homo' a pluribus / prolatum vel ab uno pluries plura significat**.

[3.7] Septima est quod **argumentum est dictum hypotheticae generaliter propositiae**, ut dictum huius hypotheticae 'si aliquid[1969] est homo, ipsum est animal'. / Dictum huius naturalis est argumentum ad istas omnes argumentationes 'Socrates est homo, ergo est animal' 'Plato est homo, ergo est animal', et sic de ceteris. Dictum vero illius est hoc: aliquid esse animal / si ipsum est homo.

[3.8] Octava est quod **nomen singulare et nomen plurale et rectus et obliquus et finitus cum suo infinito idem significant**.

[3.9] Nona est quod **aliquid / est falsum; non tamen falsum est aliquid**, immo falsum non[1970] est.

==========

27) *Quaestiones Vindobonenses* I.25, Wien VPL 2459 f. 104va-b, cf. 34.2

Quaeritur an unum solum tempus sit an plura.

[] Sed non est[2443] simile, quia aliter intelligitur / affirmatio cum negatione, cum dico

Socrates non[2444] disputat ubi Pla/to[2445] legit',

aliter cum dico

Socrates[2446] [non][2447] est homo et non est animal,

quia, / cum dicitur

Socrates est homo et non est animal,

duo praedicantur et duo dicuntur / et intelliguntur, scilicet sensus affirmationis et negationis, quare potest **[*V*43ra]** inde intelligi et quicquid ex affirmatione per se posita[2448] sequitur, et quicquid ex ne/gatione cum affirmatione; <sed[2449] cum> dicitur

Socrates non disputat, ubi Plato legit,

quia / una sola est propositio coniuncta cum affirmatione et negatione, et ita

---

2439 n(on) *V et De Rijk*, *expunxi*
2440 ubi *correxit De Rijk*, ut *V*
2441 n(on) *V*, *expunxit De Rijk*
2442 aliquo *correxit De Rijk*, aliq(uo)d *V*
2443 est simile *correxi*, u(er)a fit (*seu* sit) n(on) mi *et lacuna V*, vera fit non mi <...> † *lexit De Rijk*
2444 n(on) *V*, *expunxit De Rijk*
2445 Plato + [n(on)] *V*, non *lexit De Rijk*
2446 Socrates *correxi*, id *V*, idem *lexit De Rijk*
2447 n(on) *V*, *expunxit De Rijk*
2448 posita *correxit De Rijk*, po(s)ita(m) *V*
2449 <sed cum> *addidi*

non licet / inde[2450] colligere et quod sequitur ex affirmatione per se posita et quod ex ne/gatione.

[5.2 = ad 4.2] Quod autem volunt probare non esse veram consequentiam /

si Socrates est homo, Socrates non est lapis,

quia non est vera eius par, scilicet

si Socrates est lapis, / Socrates non est homo,

cum potius verum sit [si[2451] scilicet est]

si Socrates est homo, Socrates est lapis, /

(quia si Socrates est lapis, et manet Socrates in esse Socratis[2452] <et>[2453] lapis in esse lapidis; / et si[2454] manet Socrates in esse Socratis, tunc est homo), falsum esse dicimus quod / dicit, scilicet

si vera est 'Socrates est lapis',

manet Socrates in esse Socratis;

sed dicimus[2455] quod Socratem esse lapidis perdit Socratem manere in esse Socratis et in esse hominis.

* * * * * * * * *

33.1) P20, Wien VPL 2486 f. 49va, cf. De Rijk 1966 p. 24

Quod autem genus et species sint relativa [tractatum], ipse Porphyrius / ostendit his verbis[2456] "genus est alicuius genus et species alicuius est species", deinde / dicit "necesse est uti utrisque in rationibus utrorumque". Et ideo m(agister) P(etrus), qui dicit / ea non esse relativa, et contra Boethium et contra Porphyrium est. Dicit enim quod genus et species / non sunt relativa. Relativorum talis est natura, scil. unum sine altero esse / non posse. Sed hoc non est inter genus et speciem. Potest enim esse, ut dicit, species, et<si> genus / nullum habeat, ut haec species 'unitas' et species est et nullum habeat genus. / [] Quod falsum esse patet, quia quantitas est genus illius.

2450 inde *lexit De Rijk*, an(te) *V*

2451 si s(cilicet) ÷ *V*, *expunxit De Rijk*

2452 soc(ra)tis] soc(ra)tes *a.c. V*

2453 <et> *addidi*

2454 si *correxit De Rijk*, h(aec) *V*

2455 dicimus quod Socratem esse lapidis perdit Socratem manere in esse Socratis et in esse hominis *correxi*, q(uod) so. in / e(ss)e soc(ra)tis. h(oc) d(ici)m(u)s q(uod) p(er)dit e(ss)e ho(m(i(n)is *V*, [quod socrates in esse socratis] hoc dicimus quod perdit esse hominis *De Rijk*

2456 P p. 9.2-3

33.2) P20, Wien VPL 2486 ff. 50vb-51va, cf. De Rijk 1966 pp. 24-27

Sub hac vero est corpus(9.19), quia / corpus est substantia et species substantiae. Et per hoc dat intelligere aliud membrum / et hanc insinuat divisionem, scil. 'substantia alia corporea (quae idem est quod corpus), / alia incorporea'. Et sic in aliis, posito uno membro, debet intel/ligi aliud, scil. oppositum, ut per 'animatum corpus' intelligimus[2457] / 'inanimatum', et per 'animal rationale' 'irrationale animal' attendimus.

[0.0] [2458]Sed de / ista divisione, scil. 'substantia alia corporea, alia incorporea', quaeritur si sit sufficiens et / per opposita. **[0.1]** Quod per opposita sit apud omnes constans est. **[0.2]** Quod autem suffi/ciens sit in praedicatione, scil. ita quod dividentium aliquid praedicetur / de quocumque divisim[2459], negat m(agister) P(etrus), quia non omnis substantia secundum eum / aut est corporea aut incorporea. **[0.3]** Concedit tamen divisionem illam hoc modo / esse sufficientem quod nulla substantia sit praeter corporea et incorporea, ita / scil. quod sit illis opposita, quia omnis aut est corporea aut incorporea aut ex / utrisque confecta. **[0.4]** Quae autem ex utrisque est composita, secundum eum nec est / corporea nec incorporea, sed substantiam illam dicit esse mixtam substantiam, / quae est homo.

[1.0] Sed via artis et ratione probari potest quod homo est corpus et cor/porea substantia, quia homo est animal et animal est corpus, ergo homo est corpus; / de quocumque praedicatur species, et genus. **[1.1]** Sed ad hoc respondet, dicens quod 'homo' hoc nomen di/versas `habet´ acceptiones. Accipitur enim quandoque in designatione / corporis tantum, ut cum dicitur 'omnis homo est corpus'; quandoque in designa/tione constantis ex anima et corpore, ut cum dicitur 'homo constat ex anima / et corpore'; quandoque in designatione animae tantum ponitur, ut cum dicitur / 'homo salvabitur', id est anima hominis[2460]. Sed, cum his tribus modis hoc nomen 'homo' / accipiatur, propriam eius acceptionem dicit esse cum ponitur in / designatione corporis tantum; et in ea acceptione utuntur / eo auctores in dialectica, et in eadem accepit illud Porphyrius, dicens / **sub animali rationale animal, sub quo est homo**(9.20); et secundum hoc verum est dicere hominem / speciem animalis et corporis.

[2457] intelligamus *a.c. V*

[2458] Nota *i.m. V*

[2459] divisim] divisum *V*

[2460] anima hominis] hominis anima *et transportandm indicavit V*

[2.0] Quaeritur ergo ab eo si eodem modo accipiatur / hoc nomen ‘homo’ cum dicimus ‘omnis homo est rationalis’.

[2.1] Ad quod dicit quoniam ita est, / scil. quod in tali locutione ‘homo’ est tantum nomen corporis, ut ‘homo est ratio/nalis’ et ‘homo est grammaticus’ et ‘homo est sciens’; quae omnia vera sunt pro corpore, / quia nihil aliud est dicere ‘homo rationalis est’ quam si dicatur ‘homo vege/tatur anima rationali’, et similiter de corpore dicitur ‘homo habet gramma/ticam’, id est ‘vegetatur[2461] anima grammatica’, et sic per cetera.

[2.2] Sed isti ob/icitur quod secundum hoc de re, quae non habet aliquam partem sui animam sci/entem, verum erit dicere ‘haec res est sciens’; nec etiam ex se / habet unde dicatur ‘sciens’, et tamen verum erit dicere ‘est sciens’; / et de re, quae partem sui animam scientem habet et animam / grammaticam et animam rationalem, verum erit dicere ‘hoc non est / res sciens’ ‘hoc non est res grammatica’ ‘hoc non est res rationalis’, quia / cum dicitur ‘homo est rationalis’, propter corpus verum est quod nullo modo / utitur ratione, quia, si de composito ex anima et corpore dicatur, / falsum est/ Et ita in quodam sensu erit verum ‘omnis homo est / rationalis’ et ‘nullus homo est rationalis’.

[2.3] Item obicitur quod homo est res / quae nec intelligit nec discernit nec videt nec utitur **[51ra]** ratione, quia homo est corpus, sed corporis non est intelligere nec discernere / nec videre nec uti ratione, quia secundum eum omnia ista solius animae sunt. Sed quod / homo sit res quae neque intelligit nec discernit nec videt nec raione / utitur, ille concedit nec pro inconvenienti habet.

[2.4] Rursus occurrit / ei quaestio talis, scil. cum per pronomina faciamus demonstrationem, ut cum di/cimus ‘ego sum animal quod loquor et tu legis sapienter’, ad quid demonstra/tio fiat et quid loquatur et ad quid. Si dicat demonstrationem fieri / ad corpus, iam erit verum quod ego, qui non habeo partem mei ani/mam, sum animal et loquor, et res carens anima parte legi<s>; et ita incurrit / absurditatem hanc, scil. quia corpus loquitur et disputat et dormit / et vigilat, et alia infinita huiusmodi inconvenientia. Si autem ad / compositum ex anima et corpore fieri demonstrationem dicat, item ef/fugiens Scyllam cadet in Charybdin, quia tunc oportebit eum concedere quoniam / res, quae rationalis non est, rationabiliter argumentatur; et cum aliquis disputat, / res sine sensu disputat, quia secundum eum composita ex anima et corpore res / sensatae non sunt, quia si essent sensatae, et essent corpora cum substantiae sint. /

[2.5] Quam autem ad ista reddat responsionem vel possit reddere,

---

[2461] vegetatur] vehetat(ur) *V*

ignora/mus; sed quamcumque acceperit partem, oportebit eum propositae suae sen/tentiae multa absurda incurrere.

[3] Ut ergo huiusmodi vitemus / inconvenientia, praedictam divisionem sufficientem esse et in / praedicatione dicimus; et omnem substantiam esse corpoream vel incorpor/eam tenemus, quia homo, compositum, scil. ex anima et corpore, est animal et / animatum corpus et ita corporea substantia; et sensibilis, quia homo est / qui potest sentiri et audiri et videri, quia omne corpus sensibile. / Quod Aristoteles satis ostendit[2462], dicens[2463] quod sensibili perempto perimitur / corpus, quia corpus sensibile est (et intelligendum est 'omne'). Potest etiam / sentire et audire et videre homo compositus ex anima et corpore, unde / patet quia corpus est; omne enim quod sentire potest, corpus est.

[4.0] Quod autem m(agister) P(etrus) / dicit quod hoc nomen 'homo' accipitur nomen corporis[2464] tantum et nomen com/positi ex anima et corpore et nomen animae tantum, verum est. **[4.1]** Sed non proprie / sed translative nomen corporis tantum nec animae tantum, sed proprie nomen / est compositi ex anima et corpore. Et in hac acceptione Boethius ponit, ubi / dicit in Divisionibus[2465]: "totum dividimus in partes, cum dicimus hominem / constare ex anima et corpore", sicut etiam accipitur in Trinitate[2466], ubi dicitur "quem/admodum anima et caro unus est homo etc". In hac acceptione fere / ubique in auctoribus hoc nomen 'homo' reperitur. Si autem alicubi nomen cor/poris tantum vel animae tantum invenitur, translatio est et ex usu contingit. / **[4.2]** Unde etiam adhuc in propriis nominibus singulorum hoc usus tenet quod[2467] / accipit ea in designatione corporis tantum et animae tantum et <compositi>. In de/signatione compositi ex utroque, id est compositi ex anima et corpore, ut / cum dicitur 'Socrates est rationalis'; et corporis tantum, ut cum dicitur 'Socrates sepultus est'; / et animae tantum, ut 'Socrates est in regno Dei'. Sed nec in designatione / corporis tantum nec in designatione animae tantum, re permanente cuius corpus / illud est et illa anima, accipitur. Unde patens est quonima [haec] illa accep/tio impropria est. **[4.3]** Quare manifestum est quod 'homo' non est nomen corporis tantum, / cum dicitur **sub animali**

2462 satis ostendit] ost(e)nd(it) satis *et transportandum indicavit V*

2463 C-7 61.20: sensibili autem perempto peremptum est et corpus

2464 corporis] corp(us) *a.c. V*

2465 *Div*. col. 877C13-D2 = p. 8.9-12

2466 Symbolum Quicumque vult "Athanasius" 35: A. Hahn & G.L. Hahn, *Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der alten Kirche*, Breslau 1897 (repr. Hildesheim 1962), p. 177; reproduced in CCCM, 50A, Turnholti 1968, p. 567.

2467 quod + [homo] *V*

rationale[2468] **animal**[2469], **sub quo est homo**. Quare non improprie / auctor vocabulum accepit, cum introduceret et proprietatem sermo/nis servare deberet.

[5.0] Sed ad hoc quod dicimus compositum ex anima et cor/pore esse corpus, et homo proprie esse nomen compositi illius, gemina / occurrit obiectio. **[]** Opponitur ergo sic. Anima et corpus sunt homo; ergo / anima et corpus sunt corpus, quia omnis homo est corpus; ergo corpus et non corpus sunt / corpus. **[]** Item

homo constat ex anima et corpore,
ergo quoddam corpus constat / ex corpore et non corpore.

[5.1] Sed ista sic determinamus. Cum dicitur / 'anima et caro sunt homo', vera est locutio et accidentalis, et est sensus: / anima et caro sunt causa existentiae hominis et partes integrae con/stituentes hominem. Et ideo vera est locutio, cum[2470] hoc nomen 'homo', in quo / partes illae intelliguntur, adiungitur, ut cum dicitur 'paries, **[51rb]** tectum, et fundamentum sunt domus', vera est locutio, cum[2471] hoc nomen 'domus', / in quo intelliguntur partes illae, adiungitur. Si autem inde conclu/ditur 'ergo paries et tectum et fundamentum sunt unum', non est verum, quia prior propositio / accidentalis fuit nec ex ea potest inferri aliquid, quia ipsa mo/veri non debet. Similiter cum <dicitur> 'anima et caro sunt homo', vera est locutio; / sed, quia accidentalis est, non debet moveri. Si enim moveatur et dicatur 'ergo / anima et caro sunt corpus' vel 'corpus et non corpus sunt corpus', non dicet idem, / sed iam erit sensus quod anima scil. est corpus et caro est corpus, quod falsum est; vel / quod corpus est corpus et res quae non est corpus est corpus, quod item falsum est, quia / nec anima est corpus nec res quae non est corpus est corpus. Et ita erit vera / 'caro et anima sunt corpus', non tamen aliae erunt verae. Sed vera erit haec 'caro / et anima consituunt quoddam corpus et quandam corpoream substantiam', quia acci/dentales locutiones nequaquam eundem sensum servant, ut cum dicitur / 'dies est sol lucens super terram' vera est locutio; si autem dicatur 'ergo quoddam / tempus vel quaedam quantitas est sol' non est verum, quia prima accidentalis / est. Et ita prima oppositio determinata est.

Sed faciet conversionem / sic. Homo est anima et caro, ergo

[2468] rationale + [e(st)] *V*
[2469] animal] a(n)i(m)al(is) *V*
[2470] cum] du(m) *V*
[2471] cum] du(m) *V*

quoddam corpus est anima et caro, per regulam: / quicquid praedicatur de parte, et de toto particulariter. **[]** Regulam quidem concedimus / esse veram, sed non subservit huic argumentationi, quia cum dicitur / 'homo est anima et corpus', non subicitur species, quia item accidentalis est propositio. In qua est / subiectum, hoc scil. 'anima et corpus', et praedicatum 'consituere hominem', / quia sensus est: anima et corpus constituunt hominem; unde potest inferri 'ergo anima / et corpus consituunt quoddam corpus'.

[5.2] Rursus quod dicitur

homo constat ex / anima et corpus,
ergo quoddam corpus constat ex anima et corpore,

non est / necessarium recipi, quia iam videretur quod constitueret illud corpus et non / consitueret illud[2472], quod est impossibile. **[]** Vel satis potest concedi, / ut quidam numerus constat ex numero et ex eo qui non est numerus, ut ternarius / ex binario et ex unitate, quod non est inconveniens. Similiter quoddam / corpus ex corpore et ex eo quod non est corpus constare non est inconveniens, quia / etiam omne corpus ex incorporeis constat. Quod ratio ipsa probat, quia omne / corpus potest dividi in aliquas partes, et illae partes in alias, / et ita usque dum ad extrema corporis perveniantur, quae ratio in infi/nitum non procedet; partes autem extremae corporis minimae sunt / et insensibiles, et adeo subtiles quod vix raitone et intellectu possunt / percipi; quod probat eas non esse[2473] corpora, quia omne corpus sensibile est. /

[6.0] His determinatis quaerit m(agister) P(etrus), cum dicimus 'Socrates est corpus', quid corpus / sit Socrates, sive hoc sive illud, quia nec hoc nec illud corpus videtur esse. / **[6.1]** Ad hoc dicimus quod Socrates aliquod corpus est, quia est res sensibilis, quae scil. sen/tire potest et etiam sentiri; sed cum dicit 'tunc Socrates est vel hoc corpus vel illud', / si demonstratio ad illud totum fiat, verum dicit, quia Socrates est haec res / corporea; sed si demonstratio fiat ad alteram partem, scil. ad hoc / corpus, quod pars est[2474] illius compositi, falsum est quod dicit.

[7.0] His exe/cutis de ista divisione, scil. 'corpus aliud animatum, aliud inanimatum', / quaeritur si sufficiens sit et per opposita. **[7.1]** Ad quod dicimus quoniam ita est. /

[8] Sed notandum est quod 'animatum' sumptum est non ab anima,

---

[2472] illud + [corpus] *V*
[2473] esse] ex se *a.c. V*
[2474] est + [ad] *V*

sed ab animatione, / qualitate scil. quadam, quae in diversis ex diversis habet fieri, ut in / arbore ex terra, in homine ex anima, in bruto animali ex / sanguine. **[]** Non enim magistro Petro consentiendum est, qui dicit in bru/tis animalibus creari quandam specialem substantiam, quae confert eis / vitam et animationem, quae carne tegitur et cum carne mo/ritur. Quia iam haberemus quod quaedam substantia esset in subiecto non sicut quaedam / pars, et impossibile est esse sine eo in quo est, quia illa specialis / est in subiecto corpore et non sicuti quaedam pars, et impossibile est esse[2475] sine corpore, / quia cum corpore moritur; et ita substantia quaedam est res in subiecto / existens, quod est inconveniens et contra auctoritatem et rationem. /

[9.0] Sed cum dicit hoc, scil. 'corpus aliud animatum aliud inanimatum', sufficiens / sit, quaeritur de corpore, quod est pars hominis, si sit animatum vel inanimatum. **[51va]** **[9.1]** Et dicimus quod animatum est, non quia animam habeat partem sui, sed <quia> ani/matione vegetatur[2476]; sicut et arbores animata corpora dicuntur, / non quia anima fruantur, sed quia aguntur vegetatione[2477] et sunt corpora in/sensibilia, id est quae non possunt aliquid sentire. Et sic corpus cuiuslibet / hominis animatum et sensibile est. **[]** Quod autem arbores sint corpora animata, / approbat ratio, quia sunt quaedam viventia, et de his etiam quandoque[2478] potest dici mor/tua sunt, ut de ramusculis arborum mortui sunt; quare potest concludi / quia vivunt et quia animata quaedam sunt.

[10] ¶ Item divisio ista 'corpus animatum / aliud sensibile, aliud insensibile' sufficiens est et per opposita. / Sensibilia corpora sunt[2479] omnia animalia, sive habeant animam / sive non, quia sensus nequaquam ex sola anima habet esse, quia musca etiam sen/sibilis est, dicere <tamen> quod <musca> habeat animam, ridiculosum est. Insensibilia / autem corpora sunt ut arbores et huiusmodi.

[11.0] Praeterea de divisione hac 'rationale / animal aliud mortale, aliud immortale', quae innuitur per hoc quod dictum est / hominem esse sub rationali, quaeritur si conveniens sit, et si sint aliqua / animalia rationalia immortalia, et quae sunt. **[11.1]** Sed de hoc nulla est certitu/do. Dicunt tamen esse animalia huiusmodi, +quae+[2480] caelestia corpora

---

2475 esse sine corpore] *addidi*, etc *i.m. addidit V*
2476 vegetatur] vehetat(ur) *V*
2477 vegetatione] vehetacio(n)e *V*
2478 quandoque] aliq(ua)n(!) *a.c. V*
2479 sunt] asunt *seu* afunt *V*
2480 q(uae) *i.m. dextr. add. V*

philosophi voluerunt / esse, et in quaestione etiam fuit, unde Boethius[2481] "utrum caelestia corpora rationalia / sint necne", inde etiam scientes[2482] dubitaverunt. Item angelos rationalia / animalia esse quidam evangelistarum testatur, dicens nativita/tem domini apparuisse gentibus per stellam Iudaeis per animal rationale, / quod intelligimus angelum. Sed cui istorum assentiendum sit, sive / scil. quod rationalia animalia sint angeli sive caelestia corporea, non mu/ltum percepimus, quia fortassis utrumque potest esse, sed tamen de angelis / evangelistam dixisse intelligi perpenditur.

33.3) P20, Wien VPL 2486 ff. 52vb-53ra, cf. De Rijk 1966 p. 27

Et Sophronici filius(13.22). Ex isto loco sententiae prin/cipium sumit m(agister) P(etrus), qui dicit universalia et singularis esse aliqua / non propter aptitudinem sed propter eorum continentiam et rerum sub/iectionem, et hoc tam in rebus quam in vocibus. Astruit enim quoniam, / si Porphyrius intelligeret aliquid esse universale propter aptitudinem, scil. quia aptum / esset praedicari in pluribus, dixisset quia Sophronici filius esset universale, non / singulare, quia hoc aptum est in pluribus praedicari, quia in eodem tempore vel in / diversis temporibus potest dici 'hic est Sophronici filius'. Hac ergo de causa / indicat hoc omne esse singulare, quia unam solam rem continet in / vocibus, si unum solum appellet in rebus, si de uno solo actu / dicatur. Et dicit etiam quod, si ad hoc reducerentur quod non esset nisi unus / homo, homo esset singulare et individuum, quia non esset nisi una / res ei subiecta.

Sed contra eum est Aristoteles, qui dicit[2483] quod universale quod est aptum / natum etc; Boethius[2484] in commento, qui dicit phoenicem speciem esse, / etsi actu non dicatur nisi de uno; dicit[2485] etiam quod, si species contineat / infinita vel sub certo numero redacta, licet omnia pereant, **[53ra]** tamen[2486] remanebit species, quia talia perierunt, et tale /

2481 DT 1178B6

2482 scientes] sc()i *V*

2483 Boethius inC 170B5-6: Universale autem est quod aptum est de pluribus praedicari

2484 inC 177C14-2: At vero nec species semper de pluribus numero differentibus praedicatur; ... et phoenicis species de una tantum phoenice,

2485 inP2 218.10-14: Omnia enim, quae sub speciebus specialissimis sunt, sive infinita sint sive finito numero constituta sive ad singularitatem deducantur, dum est aliquod individuum, semper species permanebit neque individuorum deminutione, dum quodlibet unum maneat, species consumitur.

2486 t(ame)n *i.m. et i.t.* t(antu)m *V*

remanet, id est naturae eiusdem. Non est ergo illi consentiendum. [] Quod ei / Porphyrius consenti`r´e videatur, sed non consentit, quia quod di/cit Porphyrius **Sophronici filius** +etc[2487], sic intelligenudm est: Per hanc orationem, scil. **Sophronici filius**+, designatur singulare, si so/lus Socrates sit Sophronici filius. Quod verum est, quia tunc eundem / intellectum facit haec oratio et hoc nomen 'Socrates'; et cum dicitur 'Sophro/nici flius currit' et'Socrates currit', idem individuum subicitur / in his duabus propositionibus; sicut, cum solus erat Evandri / filius Pallas, si diceretur 'filius Evandri hoc fecit', intelligeremus / determinate Pallantem[2488]. Hoc idem et usus communis habet, / ut cum dicitur 'rex veit[2489] Francorum', +intelligitur[2490] determinate+, etsi universale sit quod praedicatur per hunc / terminum qui[2491] est 'rex[2492]'; et similiter in pluribus aliis contingit.

33.4) P20, Wien VPL 2486 f. 60rb-va

Quod dicit **si curtetur qui bipes est**, **substantia non perimitur**(28.14), falsum videtur. / Volunt enim quidam probare quod illud, quod prius `non´ erat hic homo, modo est hic homo, quia / prius non erat hic homo quod reliquum est a pedibus, sed modo est hic homo / reliquum corpus a pedibus. Et ita perimitur substantia, pedibus ab/scisis, quia illa substantia, quae ante erat composita ex pedibus / et corpore quod est supra pedibus, modo non est illa substantia, quia altera pars / illius remota est.

Ad hoc dicit m(agister) P(etrus) quod non perimitur substantia, quia re/manet idem homo et etiam hic homo. Sed concedit quod vere res quaedam, quae prius erat homo, / non sit homo, quia prius erat homo quoddam totum constans[2493] ex his partibus, sed[2494] / sublata est eius pars et[2495] totum modo non est quod prius [non][2496] esset homo. Refugit[2497] tamen con/cedere <quod reliqua pars a pedibus prius esset homo>, ne

---

2487 +etc - filius+ *i.m. sup. add. V*
2488 Pallantem] pallanta *V*
2489 venit] iure(?) *a.c. V*
2490 +intelligitur determinate+ *i.m. sinistr. add. V*
2491 qui] q(uod) *V*
2492 res] res *a.c. V*
2493 constans] co(n)stan^{s}t *V*
2494 sed] q(uia) *V*
2495 et] q(uod) *V*
2496 n(on) *V*, *expunxi*
2497 refugit] resug(it) *V*

incurrit hoc inconveniens, scil. quod pedum abscisio confert / alicui aliquod esse; et substantialia quaedam, quae prius erant So(cratis), modo non sunt So(cratis), / quia prius hoc totum Socrates erat, scil. constans[2498] ex pedibus et cetero corpore a pedibus, / sed illud modo non remanet Socrates. Sed non concedit quod modo aliqua res sit Socrates / quae prius non esset Socrates, quia reliqua pars a pedibus modo est So(crates), et eadem prius <non> e/rat So(crates).

Sed ita oppositionem non solvit[2499], quoniam scil. substantia quaedam peri/matur, quia ex quo concedit substantiam compositam[2500] esse ex pedibus et alia / parte[2501] quae est a pedibus supra, opor/tet eum concedere, remota una parte eius, id est pedibus, eam peri/mi[2502]. **[]** Item secundum hoc oportet concedere quod Socrates sit[2503] pars Socratis et quidam homo / sit pars hominis, quia dicit quod illa pars Socratis, quae est a pedibus su/pra, est <modo> Socrates. Non ita tamen concedet quod idem pars sit sui ipsius[2504] propter rela/tionem quae respicit ad eandum essentiam; et ita videtur quod / totum, quod est Socrates, esset <prius> [Socrates[2505] esset] pars sui ipsius[2506], scil. pars <eius> quae est So(cratis). / **[]** Item secundum hoc concedet quod Socrates `h´odie est quaedam substantia quae non fuit `h´eri vel / quod non erit cras, quia hodie est quaedam substantia maior quam `h´eri vel mi/nor vel cras erit, quia propter effluxionem[2507] vel influxionem augmentatur / vel diminuitur. **[]** Amplius secundum hoc non invenietur aliquod nomen / singulare, quod ex una inventione non habeat[2508] plura signifi/care, quia secundum huiusmodi sententiam hoc nomen 'Socrates' ex eadem impositi/one plura huiusmodi significare habet, ut hoc totum et quamlibet par/tem huius totius quae remanere potest in esse hominis, remotis aliis; / et hoc idem in aliis.

Hanc autem inconvenientiam incurret, quia / primo mendacium ponit, scil. Socratem constare ex pedibus et re/liqua quae est in pedibus supra, et ita dicit esse unam partem Socratis illud / quod est a pedibus supra.

2498 c(on)sta(n)s] c(on)sta(n)t *a.c. V*
2499 solu() *i.t. et i.m. dextr. add.* soluit *V*
2500 compositam] co(m)p(er)o(s)ita(m) *V*
2501 parte + [q(uae) e(st) a pedib(us) (et) alia pa(r)te] *V*
2502 perimi] p(er)i/mi[t] *V*
2503 sit] * *a.c. V*
2504 ipsius] ipi(us) *V*
2505 so. e(ss)et *V*, *expunxi*
2506 ipsius] ivi(us) *V*
2507 effluxionem] `ef´flu`x´sio(n)e *V*
2508 habeat] h[n]()at *V*

Nos vero dicimus, quia non est aliqua pars in So(crate); / nec aliquid, quod constet ex omnibus partibus praeter pedes nec cum / pedibus constituat So(cratem), quia si illud esset[2509] pars So(cratis) et cum pe/dibus constitueret[2510] So(cratem)[2511], [quia[2512] si illud esse pars So(cratis) et cum pe(!) **l60val** pedibus constituet] Socratem <in> partes posset dividi, quia omne totum / in partes integraliter componentes dividi potest; sed absci/sis pedibus non dividitur Socrates, sicut absciso ramo non divi/ditur arbor. Dicimus ergo quod, pedibus abscisis, eadem substantia rema/net[2513], quae `et´ prius erat, nec prius erat aliquid Socrates quod modo non sit Socrates; sed / substantia, quae est Socrates, ante erat integra, modo est truncata; ante erat / maior, modo minor, quia est alterata, sed non est alia[2514] facta; et illud / idem totum, quod erat +prius[2515] Socrates, modo est+ Socrates; sed modo ex paucioribus `quam´ prius constat parti/bus, quia non minus idem totum est quod prius, etsi aliqua pars est remota, / quia non qualibet parte huius totius destructa totum hoc destruitur, quia / eadem ratione posset[2516] dici remoto hoc capillo non remanet to/tum idem. Vel potest dici quod aliquid non est pars Socratis vel alicuius alterius / totius, nisi quod[2517] destructum destruit illud. Secundum hoc pedes <non> dicentur esse / aliqua pars Socratis sicut nec hi capilli. Potest tamen dici quod Socrtates / sit hodie quod non fuit heri vel aliquid tale. Et ita, dum id ex / parte praedicata erit et ad quemlibet statum, non ad essentiam, re/fertur, vera erit locutio.

33.5) P20, Wien VPL 2486 f. 60vb

Quemadmodum enim(31.9). Hic iterum m(agister) P(etrus) contra auc/toritatem est, qui dicit quod praeter risibile non subsistit homo. Ad hoc dicimus quod con/sequentia bona est et necessaria. /

* * * * * * * * *

2509 e(ss)e *i.m. add. et i.t.* esse *V*
2510 constitueret] c(on)stituat *V*
2511 so] io *a.c. V*
2512 q(uia) si ill(u)d e(ss)e pars .so. (Et) cu(m) pe || pedib(us) co(n)stu(et) .so. *V*, *expunxi*
2513 remanet] rema/[re]n(et) *V*
2514 alia] alt(er)a *V*
2515 +prius - est+ *i.m. sinistr. add. V*
2516 posset] possed *V*
2517 quod destructum] q(uo)destructu(m) *V*

34.1) notes on *quantitas*, Wien VPL 2486 f. 67rb-va

[0] ¶ Ut diximus superius, est quantitas in aliquo, quae in oratione conti/netur constans secundum numerum elementorum vel syllabarum vel / dictionum. Est et alia quantitas secundum temporum diversita/tem constans in elementis vel syllabis vel pedibus, ut / hoc elementum *a*, quando longum est, duo habet tempora. /

[1.0] Sed quaeritur de illis simplicibus quantitatibus, quae quantitatem / huius elementi componunt, quid unaquaeque earum: vel / elementum vel unitas secundum punctum vel tempus instans. / **[1.1]** Quod punctum non sit, ex hoc probari potest, quia non consti/tuit lineam. Quod elementum non sit, ex hoc pa/tet, quia in uno elemento vocali duo talia / reperiuntur, ut in hoc elemento *a*. Quod non sit +unitas+[2518], / manifestum est, quia numerum non consituit. **l67val** Quod instans tempus non sit, videtur, quia morae vel motus alicuius / quantitatem non consti(tuunt). **[1.2]** Solvunt quidam eam secundum instans tempus considera/ri, et ipsa esse tempus instans. **[1.3]** Quod nobis non videtur, quia quan(titas) ex / ea composita non consideratur, nec ipsa assignat aliquid / quant(titativum)[2519] durantem vel secundum moram vel motum. Sed nulla illarum / dicenda est. **[1.4]** Si opponatur quod haec divisio 'simplex quan(titas) alia pun/ctum, alia unitas, etc' non sit suf(ficiens), satis concedimus, cum / nec etiam illa divisio in arte reperiatur.

[2.0] Item de quan(titate) ex illis / composita quaeritur quae sit: aut pu(nctu)s vel oratio vel aliqua aliarum / quinque.

[2.1] De aliis satis patet; sed quod oratio non sit, hoc modo proba/mus. Est unius elementi quan(titas), ergo non est oratio. **[2.2]** Sed ut nobis / videtur, Aristoteles sic large accepit orationem, ut quamlibet / compositam quan(titatem) vel ex elementis vel ex temporibus in oratione / comprehenderet. Non tamen hanc praedicationem concedimus, / ut dicatur 'haec quan(titas) huius elementi ex duobus elementis com/posita est oratio', quia 'oratio' hoc nomen ex parte praedicati / positum ad quantitatem ex elementis compositam vel / syllabas se habet. **[2.3]** Propter has op(inionem) et propter aliam m. P. nullam / dicebat esse quantitatem in elemento vocali nisi ele/mentum, et nullam esse compositam nisi ex elementis con/staret, ~~unde hanc litteram~~. Est enim syllaba longa vel brevis, i.e. ma/gna vel parva. **[2.4]** Item opponitur. Si in hoc

---

[2518] vnitas *i.m. dextr. add. V*

[2519] quant(itativum) durantem, *lectio incerta*, q(ua)nt() durau(er)it(?) *V*

elemento ‘a’ lon/go est simplex quan(titas) et composita, ergo est idem simplex et / compositum. **[]** Quod falsum est. In Socrate enim unitas est et linea, / nec tamen Socrates est simplex <et compositus>.

34.2) notes on *quantitas*, Wien VPL 2486 ff. 67vb-68ra,
cf. 27)

¶ Tempus est / continua quan(titas) non habens positionem in p(artibus) suis. Haec descriptio so/li tempori convenit. Nulla enim alia continua quan(titas) est quae non / habeat po(sitionem) in suis partibus.

Vel sic. Tempus est certa dimen/sio rerum variabilium vel secundum moram vel secundum motum. Non enim / assignatur de rebus ipsis quantae sint secundum se, sed[2520] secundum quant(itatem) dura/verit mora vel motus ipsius. Unde, quamvis haec quan(titas), i.e. tempus, in pri/mis substantiis sit ut in subiectis, tamen secundum hanc ut vere loquatur / actio vel passio vel aliorum vii. secundum ipsam mensuratur, ut / cum dico ‘quant(um) vix(it) So(crates)’, r(esponditur) ‘per tres annos’, vita So(cratis) secundum / ipsam assig(na)ta est quant(um) duraverit, et non de So(crate) quantus / ipse sit.

M. P. dicebat tempus esse successionem rerum / mutabilium vel aliquid illius successionis. Hoc ultimum / addebat, ut instans tempus sub tempore poneret.

Quod falsum esse / sic probamus. Omne tempus constat ex p(artibus) non habentibus po(sitionem), sed hoc / non constat ex talibus p(artibus), non est ergo tempus. **[]** Item. Boethius in commento / super Prier(meneias)[2521]: “Omne tempus aut est <futurum, aut> praesens aut praeteritum / aut ex utroque confectum”. Hoc autem nec praesens est nec / praeteritum nec ex his duobus compositum. Non est ergo tempus. **|68ra| []** Item. Secundum hoc, i.e. instans tempus, non assignatur de mora et motu quanta sit; non / est ergo tempus.

==========

35.1) tSC6, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º f. 81r, ed. Iwakuma p. 18

[2520] sed secundum] s(ecundum)(ed) *V*

[2521] inH2 II-6 p. 123.29-30: Omne enim tempus aut futurum est aut praesens aut praeteritum aut ex his mixtum.

1.9 Nonus modus sic falsificatur. ...
(4) Vel sic
quidam modi sunt / nominales,
sed nullae clerici tenentes sententiam / magistri Petri sunt modi,
ergo quidam nominales
non sunt sen/tentiam tenentes magistri Petri.

35.2) tSC6, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º f. 81v, ed. Iwakuma p. 19

2.2 Secundus modus eiusdem[2522] figurae sic falsificatur[2523]. ...
(4) Vel sic omnes vocales sunt litterae,
sed nulli clerici magistri Petri sunt litterae,
ergo nulli clerici magistri Petri <sunt> vocales.

36.1) Intr8: *Introductiones Guelferbytanae*, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º ff. 147v-148r, ed. Iwakuma 1992c p. 22, cf. De Rijk 1966 p. 10 & 17

2.4 Vox significativa <ad placitum> alia nomen, alia verbum, alia oratio. Nomen est vox / significativa ad placitum sine tempore cuius nulla pars aliquid extra significat. 'Vox' ideo dicit ad / differentiam eorum sonorum qui voces non est; 'significativa' ad remotionem earum vocum quae significa/tivae non sunt, ut litterae, syllabae; 'ad placitum' ad differentiam earum vocum quae significativae sunt / naturaliter, ut latratus canum etc; 'cuius nulla pars aliquid', id est cuius nulla pars aliquam separatam signifi/cationem habet a sui toto in compositione. Et notandum quidem secundum Albericum quod obliqui casus / sunt nomina, et pronomina non sunt nomina, et omnia adverbia certae significationis sunt nomina ut **|148r|** 'bene' 'male'.

36.2) Intr8: *Introductiones Guelferbytanae*, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º f. 148r, ed. Iwakuma 1992c p. 22, cf. De Rijk 1966 . 11

2.6 Oratio est vox significativa cuius aliquid partium / extra significat. Ideo non adicitur 'cum tempore' vel 'sine tempore', quia quaedam significativae sunt cum tempore, quaedam sine / tempore; sine

---

2522 eiusdem] ei(us)da(m) *W*
2523 falsificatur] fialsificat(ur) *W*

tempore ut ‘Socrates albus’, sed cum tempore ut ‘Socrates legit’. Haec est convertibilis, quia quicquid est oratio / est <talis> vox, et quicquid est talis vox est oratio. Sciendum vero quod secundum Albericum demonstrativae vel relativae / orationes non sunt propositiones, sed nec negandum omnia participia esse verba.

36.3) Intr8: *Introductiones Guelferbytanae*, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º ff. 147v-149v, at f. 148r, ed. Iwakuma 1992c p. 23, cf. De Rijk 1966 . 11

3.1 Diximus etiam quidem partes huius artis sunt inventio et iudicium. Inventio sic descri/bitur: inventio est excogitatio vel perceptio rationum quibus disserendum est secundum in/tellectum percipiendi vel excogitandi rationes quibus disseritur. Iudicium est inven/tarum rationum discretio, id est scientiae discernendi inventas rationes.

3.2 Quidam dicunt quod haec divisio / sit totius integri per partes. m(agister) P(etrus) dicit quod haec divisio sit [a] totius virtualis per partes[2524]. / Ideo dicendum est quod sit divisio totius integri per partes, <quia> Boethius in Commento <Topicorum>[2525] [prae]dicit illas tres / alias partes esse logicae: scientia[2526] definiendi, scientia iudicandi, scientia colligendi. / Definitio est oratio explicans esse alicuius rei; divisio est distributio alicuius per aliqua.

37.1) tSE: *Tractatus de dissimilitudine argumentorum*, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º f. 153r, p. 475.32

¶ Item. / Fit sophisma accentus in Porphyrio[2527], ut quidam interrogative legunt quae positive deberent legi, ut ibi: / “Recusabo dicere constantia circa ea (*Isag*. 5.13-14)”. Quidam enim interrogative legunt, dicentes ‘et recusabo dicere / utrum genera et species sint[2528] constantia circa ea’, et sunt quatuor quaestiones. Alii posit<iv>e[2529] legunt, sic: et /

2524 *Dicit tamen Petrus Abelardus* “Sunt autem istae partes logicae integrales, non divisivae”; *vide Super Topica Glossas* p. 209.22-23 (ed. Dal Pra).

2525 *In Cic*. *Top*. 1, 1045B-1046C.

2526 scientia] s(cilicet) *W*

2527 Porphyrio + [h(oc) m(odo)] *W*, *De Rijk lexit*

2528 sint + <posita in sensibilibus an extra an sint> *addidit De Rijk*

2529 posi<tiv>e *correxit De Rijk*, posite *W*

recusabo dicere[2530] constantia circa ea. De quibus erat Aba(lardus)[2531].

Vide **SummaSE 1)** p. 325.11
Cf. P3 (p. xxxx ed. Iwakuma): **Et circa ea constantia**, id est alias quaestiones circa ista constantes **dicere recusabo**.

P14 (f. 3va-vb): Haec **recusabo dicere et** etiam **constantia circa ea** id est multas quaestiones ex praedictis praecedentes. Vel aliter. Illud recusabo dicere an genera et species actualiter existant **|3vb|** absque individuis, an actualiter existant in eis. Et, quia possent quandoque esse in sensibilibus, quandoque sine eis ut anima, quandoque in corpore, quandoque extra corpus est, addit **et constantia circa ea** id est existentia semper in individuis, id est ut nunquam actu separentur ab eis.

Abelard seems to adhere to the *interrogative* readings. P10 (p. 8, ed. Geyer): **Et circa ea constantia**(5.13). Hoc di/versis modis accipi potest. Sic enim possimus accipere, ac si dicat: / haec tria supraposita de eis recusabo dicere, et alia quaedam *constan/tia circa ea*. Quippe istas tres quaestiones possunt et aliae fieri de eis/dem, ... Possumus sic exponere et **circa <ea> constantia**, ut quartam quaestionem adnectamus, scilicet utrum et genera et species, quamdiu genera et species sunt, necesse sit subiectam per nomina/tionem rem aliquam habere, an ipsis quoque nominatis rebus destructis ex significatione intellectus tunc quoque possit universale consistere, ut hoc nomen 'rosa' quando nulla est rosarum quibus commune sit.

37.2) tSE: *Tractatus de dissimilitudine argumentorum*, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º f. 153v, p. 478.23

Baiulardus tamen talem coniunctionem sermonum, /[2532] scilicet 'haec femina est magnae virtutis' et 'haec vacca est nigri coloris', non recipit. Cum enim dicitur 'mu/lier est homo' 'vacca est bos', ex subiecto praedicatum sexum distinguit. Talia namque sunt praedicata, qualia / subiecta esse permiserint.

(I omit from this list a reference to "Magister Petrus" on p. 480.17, since it clearly mentions to Petrus Helyae, as De Rijk correctly points out).

37.3) tSE: *Tractatus de dissimilitudine argumentorum*, Wolfenbüttel Guelf. 56.20 Aug. 8º f. 155r, p. 486.21

¶ Non est etiam praetermittendum quod Baiulardus dicit / omnes

---

[2530] dicere + <utrum genera et species sint posita in sensibilibus an extra an sint> *addidit De Rijk*
[2531] aba. *W*
[2532] sermonum / + [] *W*

tales paralogismos esse sophismata modi, eo quod alio modo vel proponatur vel assumatur vel concludatur. Unde hoc / sophisma modi dicit esse:

solum risibile est homo[2533],
ergo solum risibile <est> animal,

quia <cum>[2534] homo[2535], haec species scilicet, risibili hoc modo conve/niat, non sequitur quod genus, scilicet animal, eidem hoc modo conveniat. Est ergo secundum ipsum <paralogismus>[2536] in figura dictionis.

2533 homo + <solum risibile est substantia> *addidit De Rijk*

2534 <cum> *addidit De Rijk*

2535 homo *correxi*, sub(stanti)a *W et De Rijk*

2536 <paralogismus> *addidit De Rijk*